BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
31 G
4
7 - 2 - 1

Digitized by Google

TABVLAE NAVFRAGII,

SEV ECHO CONCIONVM ALIQVOT, QVAE BLATTARVM INCLEMENTIAM

euaſêre, de Feſtis ac Dominicis.

AVTORE

V.P.FR. PHILIPPO BOSQVIERO,
CAESARIMONTANO, FRANciſcano, *Obſ. Prouinc. Flandriæ.*

Ioan. 6. Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.



COLONIÆ,

Apud Ioannem Crithium, ſub ſigno Galli. Anno M.D.CXIV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Bibliothecæ Domus Romanæ Pauperum
Matris Dei Scholarum Piarum.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXIMIO VIRO AC DOMINO,

D. LAVRENTIO BAYO,

CVRIONI GHISLENGHIANO VIGILANTISSIMO, Amico ſuo veteri,

F. PHILIPPVS BOSQVIERVS Cæſarimontanus, S.

QVemadmodum naufragi omnes ferè ſolent in naufragio, & qui pręlio victi ac fuſi quoque, cogitare, quò ſe vertant, quò ferantur, ad quos diuertant, quos amicos naufragio & fugæ ſuæ quærant, & quærũt certè, quàm poſſunt, optimos ac fidiſſimos, cùm poſſunt, cùm non poſſunt, feruntur quò poſſunt; & habent deindè naufragij tabulas, & infælicis belli reliquias, quales quales eæ ſint tandem, maiore

iore ferè in pretio, quàm quidquid y
mare, vel prælium hauſit; ita ego (mi Bai, amicorum imprimis chariſſime) cū naufragium literarium nuper feciſſem, perijſſentque mihi chartæ pleræque nō paucæ, partim blattarum quaſi tempeſtate & prælio, partim incuriâ quadam meâ, partim aliter; ediidiſſetque tempus falce ſuâ, quâ tandem peruaſtat omnia, magnam ſtragem in exercitu lucubrationum mearum, partim Oratoriarum, partim poeticarum, collegi ex Oratorijs has paucas conciones de Feſtis ac Dominicis diebus aliquot, quaſi reliquias belli Saturnini & tabulas naufragij illius mei (vndè & titulum libro feci ab euentu) quas quia habeo chariſſimas, cogitare cæpi, quò naufragus diuerterem, quò diſperſas & palantes reciperem. Et ecce ſtatim tu vnus animo occurriſti, apud quem tutum receptum credidi. Viſum ergò eſt, ad te ex omnibus vnum diuertere, cum tabulis iſtis naufragij, & belli reliquijs, ac ſuppliciter precari, vt dignarere fido beneuolentiæ ac patrocinij tui portu excipere & tueri, dum reſpirem & vires reparem, præſtolerque, ſi fortè vel tandem etiàm huc colligantur, qui

Ap-

Apparent rari nantes in gurgite vaſto,
atque hoc multis de cauſis: (nam in hoc infelici licet naufragio, hoc tamen fœlicitatis mihi contigit beneficio Superorum, vt potuerim ſaltem in amicum, & quem vellem portum ferri; beatitas profectò non parua: rapiuntur enim aliqui quò nolunt, & incidunt ſæpè in homines parùm amicos, imò crudeles, à quibus

hoſpitio prohibentur arenæ; quique
Bella cient, primaq; vetant conſiſtere terra,

vel etiam faciunt ipſo triſtiora naufragio, de quorum vno aliquo dixit poetarum ingenioſiſſimus, & ipſe infœlix naufragus;

Ouid. e leg in Ibin.

Vnus (& hoc ipſum eſt iniuria magna) * *repertas* *aliàs aliter.
Naufragij tabulas poſcit habere mei;

Imò non tabulas modò poſcunt aut prædam, ſed etiam ipſos naufragos, & quibus belli fortuna pepercit, impijſſimè mergunt, aut trucidãt, quod ipſum expertus olim eſt Æneæ Nauarchus Palinurus.) Igitur cum liberum mihi adhuc Superi feciſſent portus delectum, non

Me quocunq; rapit tempeſtas, deferor hoſpes,

Digitized by Google

Sed ad te vnum diuertendum putaui his de cauſis. Primum, ob antiquam illam in ſcholis Latinis, in Houdano illo noſtro Cæſarimontano, conflatam inter luctas & pugnas literatas, amicitiam, quæ ferè eſt fidiſſima & firmiſſima, & tùm maximè apparet firma, cum eſt annoſiſſima. Deindè, propter ſimilia ferè vtriuſq; ſtudia. Nam ſi tu aliquandò, & apud Inſulenſes, & apud Neruios, ſcholas humanitatis rexiſti, & gloriosè Rhetoricam docuiſti, & nos quoque in eodem docendi genere verſati, etſi non pari tecum neque gloria, neque fructu: Si tu concionibus ad pop. crebris indefeſsè exerceris ratione Curionatus; & me quoque in eo genere frequēter exerceri Ordo, quo cenſeor, iuſſit; niſi quòd tu vna in ſtatione Ghislenghianâ, quam non deſerere laudis tuæ eſt, ego in tot locis, quot Imperatoribus meis placuit. Scripſiſti inſuper, & ſcribis multa: ego quoque *totus in hoc ſum,*

Condo & compono; vtinam tanto fructu, quanto plauſu, maximè exterorum! Ergò, cùm ſoleat inter ſimiles moribus, humoribus, ſtudijs, & commercijs magna amicitia intercedere, & in aduerſis magna præſidia reperiri, iure ad te in naufragio

iſto

iſto confugio, & tabulas iſtas naufragij tibi adpendo, & commendo, cum ſpe auxilij atque præſidij à te certiſſima. Tu ſocium ſtudiorum, & amicum antiquum præſta, hoſpitium & fidam ſtationem naufrago præbendo, & has naufragij tabulas colligendo & confirmando. Vale, amice integerrime, & etiam naufragos amare perge, quod amici veri ſolent, vt contra falſi, deſerere,

Et, niſi ſit fœlix, eſſe negare ſuum. Ouid.

Datum Cumis in Hannonia, ipſo Purificationis Beatæ Virginis 1613.

Digitized by Google

Apographum Licentiæ Prælati.

FRater Ioannes Neyen Ord. Minorum Reg. Obſ. Reuerendiſſ. Patris Generalis Miniſtri ſuper Belgicas Prouincias, nec non Coloniæ, Argentinæ atque Hyberniæ cum plenitudine poteſtatis Commiſſarius Generalis, Venerando admodum in Chriſto Patri F. Philippo Boſquiero Prouinciæ noſtræ Flandriæ ſacerdoti, Prædicatori, Confeſſ. & ſacræ Theologiæ Profeſſori ſalutem in Domino.

Quandoquidem video paſſim magno Doctorum adplauſu recepta, quæ hactenus opera ſeu Latinè ſeu Gallicè edidiſti, imo & ipſum Pontificem ſummum PAVLVM V. Oratorem tuum Terræ Sanctæ gratum habuiſſe; idcirco venerande Pater, non ſolùm tibi licentiam pergendi, & noua cudendi, aut vetera recudendi facio, ſed & paternè te hortor; imo, & ad meritum Obedientiæ præcipio, vt ſcribas atque edas quæcunque tibi expedire videbuntur; ad gloriam Dei Opt. Max. Eccleſiæq; Chriſtianæ vtilitatem; cariq; mihi erunt quicunq; tibi hac in re voluerint eſſe fautores. Vale, & ora pro me. Datum Bruxellis ſub meo Chirographo, Officijq; mei ſigillo, 23. Iunij, 1607.

Frater Ioannes Neyen Commiſſ. Generalis

Edictum Autoris.

EGO F. PHILIPPVS BOSKHIERVS Ioannem Crithium Ciuem & Bibliopolam Colonienſem vnumſolumq; Liberorum meorum reformatorem, id eſt, Librorum iam editorum recuſorem, & Concionum quas nunc edo de Feſtis aliquot & Dominicis Typographum, tota quam late patet, Germania ſuperiore, eſſe volo; iureque Patris in liberos & Autoris in libros, ſic edico & ſancio, lex eſto. Si quis contra auſit & faxit, libros liberoſque, eius obſtetricio prodeuntes, alioqui meos, abdico, & pro ſpurijs, nothis ac non meis iam nunc habeo. Ita eſt.

Frater Philippus Boskhierus Cæſarimontanus.

Digitized by Google

APPROBATIO.

Autor hic ſimul & iucunda dixit, & idonea vitæ Chriſtianæ; idcirco vtiliter in lucem edi poteſt. Coloniæ 1613. die 10. Decemb.

Henr. Francken Sierſtorpffiüs,
SS. Theol. D. Gymn. Laurent.
Regens, Librorum Cenſor.

Digitized by Google

INDEX VARIARVM CONCIONVM QVAE in hiſce Naufragij tabulis continentur.

I. *In Dedicatione templi. pag.* 1
II. *In primitijs noui Sacerdotis.* 27
III. *in feſto Annuntiationis B. Mariæ Virginis:* 63
IV. *In feſto viſitationis B. Mariæ & Eliſabethæ.* 78
V. *In ſupplicatione publica quando Hollandi in Flandria irrupiſſent.* 114
VI. *In Proceſſione cum Hollandi irruiſſent in Flandriam.* 142
VII. *In feſto Portiunculæ Franciſcanorum proprio* 132
VIII. *In feſto S. Nicolai.* 100
IX. *In feſto S. Rochi.* 129
X. *In feſto S. Franciſci.* 205
XI. *Alia in feſto S. Franciſci habita coram R. P. Miniſtro Prouinciali* 223
XII. *In feſto omnium ſanctorum* 250
XIII. *De S. Huberto.* 298
XIV. *In die S. Paſcha.* 276
XV. *Feria II. poſt Paſcha.* 290
XVI. *Dominica in Albis.* 302

XVII

Digitized by Google

XVII. *Feria II. poſt Pentecoſten.* 3[illegible]0
XVIII. *Dominica IX. poſt Pentecoſten.* 335
XIX. *Dominica XVI. poſt Pentecoſten.* 346

IN DE-

IN DEDICATIONE TEMPLI.

21. Iulij. 1613. Betuniæ.

Thema. *Zachae, feſtinans deſcende, quià hodiè in domo tuâ oportet me manere.* Luc. 19.

IN Euangelio iàm vobis lecto (Auditores &c.) quod tamen legitur omni dedicatione Eccleſiæ, eiusq; anniuerſario, ne verbulum quidem de Templo aut Templi dedicatione.

Non tamen perperam tùnc legitur: quoniam etſi nihil de templo materiali verbis proprijs agitur, agitur tamen de ſpirituali, allegoricis.

Si de dedicatione templi marmorei nihil; multa profectò dicuntur de viro bono Zacchæo eiuſqúe totâ familiâ, qui ſe totos Deo dedicarunt: &, quemadmodum ex ſtabulis, ex ouilibus, & porcorum haris, & locis etiàm multò profanioribus aræ plæreq;, altaria, templa Deo ſacrata ſunt, ità ex peſſimis Publicanis & famoſis peccatoribus in templa Dei viua ſeſe conuerterunt.

O! Ità mihi vobisq; per gratiam Dei aliquandò contingat! ſed & hoſtibus noſtris vniuerſis, adhùc viatoribus!

Quoniam autem plura hìc dicenda occurrunt,

Digitized by Google

quàm ferat temporis concioni huic præſcripti breuitas; viſum fuit conſultiſſimum, hunc velut floſculum illuſtriorem decerpere *Zachæ, feſtinans deſcende, &c.* fragrantiorem, & huic Auditorio cæteris, vt opinor, vtiliorem.

Dicendum ergò hodie mihi
1. *Cùr Chriſtus ſeipſe apud Zacchæum inuitârit, ac ſic quidem;*
2. *Quàm optabilis & vtilis cunctis hoſpitibus ſuis, dulcis hoſpes animæ Ieſus Chriſtus.*
3. *Quibus artibus inuitetur vt veniat; & retineatur, vt maneat, vti apud Zacchæum.* AVE.

I.

Cùr Chriſtus ſeipſe apud Zacchæum inuitârit, ac ſic quidem.

Chriſtus Dominus (Auditores &c.) totus teres atque rotundus fuit.

Vixit non ſemper in deſerto vt Iohannes.

Non ſemper aquæpotor fuit, vt Baptiſta ille neque manducans, neque bibens; ſed nec veſtiens; non, ſed medium aliquod tenuit, & viribus humanis attemperatum, vt commodis moribus plures ineſcaret ac Deo lucrifaceret.

Ieiunauit aliquandò & quidem diutiſſimè, ac ſeueriſſimè 40. totis diebus ac noctibus.

Pernoctauit etiam aliquando in oratione.

Et pro conſuetudine illi erat à cœnâ egredi in montem Oliuarum in hortum ad orandum.

Aquam bibere nôrat, cùm res ità ferebat, vt apud puteum & Samaritanam. *Ioan.* 4.

Nôrat dormire ſub dio, ſudare, & algere.

Sed nôrat etiàm nonnihil vires reparare, dùm commodum videretur.

Nôrat

Nôrat *abundare,& penuriam pati.*

Vt veſtitu ac cultu ſatis communi, ſic victu & vitâ totâ vtebatur.

Conuiuijs intererat, comedens & bibens, quidquid hoſpites propinâſſent: etiàm vinum bibebat, vndè & aliquandò potator vini eſt appellatus, per calumniam.

Apud probos & laudatos viros, vt apud Simonem leproſum, apud alium aliquem ex Phariſæis coram quo hydropicus quidam curatus eſt: apud improbos, vt apud Matthæum, apud hunc Zachęum noſtrum; apud viros, apud fœminas vt apud Martham & Magdalenam; in lætioribus conuiuijs, vt in nuptijs; in triſtioribus, vt inter Magdalenę pœnitentis lachrymas & ſuſpiria, prandebat ac cœnabat.

Prouidebat tamen in omnibus, vt *ne quid nimis.*

Vt ſobrius eſſet apparatus: *Martha, Martha, ſolicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum eſt neceſſarium. Vnum, vnum eſt neceſſarium.*

Natura pauculo contenta eſt, vt aliquid ſit illi omninò neceſſarium.

Sed illud hodiè mirabile, quòd qui nunquàm (quod ſciam) quoquam ierit ad conuiuium non inuitatus, in domum Zacchæi ſe non inuitatus inuitârit & quidem ibidem dormiturus, atque ierit.

Ad Phariſæum quendam declinabat? ſed *rogabat eum quidam Phariſæus vt manducaret cum illo.*

Hîc ſeipſe inuitat.

Item in Paſchate, cùm per ſuos dixit *Magiſter dicit, apud te facio Paſcha* &c.

Hîc tamen maximè. Et quidem (vt videri poſſit) ſatis militariter & inurbanè.

Oportet (inquit) *oportet*. Quid dicat Laburlotus aliquis, aut neſcio quis alius durus miles, magis

militare & imperioſum apud ruſticum aliquem etiam maximè flagrante bello, cum militi omnia licere videntur? & *Ius eſt in armis*? & *lex iuſtitiæ fortitudo*? & *inter arma ſilent leges*? & Marius leges audire non poteſt obpletis iàm auribus tympanorum ac tubarum ſonis. *Properate, cœnam iam eſſe coctam oportuit*. Plaut. in Caſin.

Zacchæe (inquit Ieſus) *oportet me hodie in domo tuâ manere*

AEacidina planè inuitatio.

Deindè inurbanus
- 1. *Diem dicendo*;
- 2. *Celeritatem præcipiendo*;
- 3. *Hoſpitis gradum deſpectando*;

* 1. *Diem dicendo*. *Hodiè* (inquit) *oportet* &c.

Vt ferri poſſit, te prandium aut cœnam ab alio poſcere; illius tamen eſt, diem præſcribere ac dicere, vel vt ſit apparatus dignus vtroque hoſpite, vel ne negotijs hoſpitis hoſpes incommodet &c.

* 2. *Celeritatem præcipiendo*. *Feſtinans deſcende*, inquit. Citò, citò, tolle moras.

Pecunioſi ità ſolent & importuni apud exteros.

* 3. *Hoſpitis gradum deſpectando*. Tàm enim imperioſè agit cũ Zacchæo homine diuite, & (vt opinor) Romano (nã Iudæo per legẽ Moyſi non licebat officium Publicani exercere) & cum homine Publicano, qui ordo apud Romanos honeſtiſſimus habebatur, teſte Cic. orat. pro Cn. Plancio, vt ferè nunc Quæſtores & Receptores regij, quàm cum medico pęnè & triobulari ſeruulo. Ad conuiuium conſiliumq́ non vocatus ne acceſſeris.

Sed ſi benè adtenditur, nihil neq; militàriter nimis neque inurbanè Chriſtus hic fecit, ſed benè optimè.

Et

Et primum quidem dici poſſit, valdè Potentes, Amantes, Inopes, decere pænè omnia, omnia poſſe. *Non benè conueniunt, nec in vna ſede morantur*
Maieſtas & amor.

Nox & amor vinumq́; nihil moderabile ſuadent, ait ille.

Cum amantibus multa diſſimulantur.

Eccl. 13. *Diuiti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum. Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſatè, & non eſt datus ei locus. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius vſq; ad nubes perducent. Pauper loquutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent illum.*

Quidam ità ſupra omnem inuidiam ſunt, vt quidlibet ab ipſis profectum vel toleretur, vel laudetur etiàm ſæpè, quod alijs probro duceretur.

Chriſti in peccatores redire paratos tantus amor ſemper fuit & publicè notus, vt ea verborum fiducia ad ipſos illum non dedeceret.

Deindè, tàm potens erat opere & ſermone, vt quidquid ageret, diceret, probaretur, quod ipſe egiſſet, dixiſſet. *Ipſe dixit. Iudicia tua iuſtificata in ſemetipſa.* Pſal.

Vt quædam in ſermone cùm Ciceronibus aut Virgilijs, & ſimilibus benè dicendi principibus diſſimulantur, & figurarum etiàm nomine honorantur; ſic in moribus cum magnis philoſophis, & benè viuendi autoribus.

Cic. lib. 1. de Nat. Deorum. *Pythagoricos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cùm ex ijs quæreretur, quare ità eſſet, reſpondere ſolitos,* IPSE DIXIT. *Ipſe autem, erat Pythagoras. tantùm opinio præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret auctoritas.*

Inopia quoque ſumma à multis aliàs dedecẽtibus excuſat. Nec aures, nec pudorem habet vẽter eſuriens. Cõmunia extremè pauperibus omnia.

Sic reſponderi quidem poſſit; ſed quædam ſolidiora producemus.

Chriſtus ergò ità ſe habuit { 1. *Bonitate,* 2. *Mercede,* 3. *Iure,* 4. *Documento noſtro.* }

* 1. *Bonitate,* quâ affectum bonum effectus loco habuit, timido audere prꝗſtitit, & plus promiſit ac dedit, quàm Zachæus popoſcit aut ſperauit.

D. Ambroſ. lib. 8. in Luc. *Etſi nondum vocem inuitantis audierat, iam viderat affectum.*

Iàm abundè intus & in animo Zachæus Chriſtum inuitauerat, & introduxerat.

D. Aug. lib. 50. homil. hom. 23. de Magdalenâ in domo Simonis. *Tacita loquebatur, non ſermonem promebat, ſed deuotionem oſtendebat.*

Zachæus, opinor, ſimilis erat Centurioni dicenti, *Domine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ.*

Et Eliſabethæ; *Vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?*

Et Petro: *Recede à me Domine, quia homo peccator ſum.* Eiuſmodi deprecationes, precibus & inuitationibus omnibus fortiores ſunt.

Optabat toto animo Chriſtum domi excipere, ſed reuerentia tanti viri reuocabat, oſqúe illi claudebat.

Chriſtus contrà ſatis habuit, Zachęum inuitare voluiſſe.

Pſal. *Voluntatem timentium ſe faciet.*

Pſal. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua,*

Iſai. *Antequam clament, ego exaudiam.*

Pſal. *Dixi, confitebor aduerſum me ini uſtitiam meã:*

& ut

& tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Pſal. *Concupiuit anima deſiderare iuſtificationes tuas*: nondum deſidero, ſed concupiſco deſiderare bonum, & tu iàm hanc concupiſcentiam gratam habes.

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

In magnis, apud magnos magnum multumq́ eſt, voluiſſe.

Non clamor, ſed amor, clamat in aure Dei.

Corda Deum, non chorda, iuuant: ſi conſona chordis
Corda, decens faciunt organa tacta melos, inſcribi curabam olim organis noſtris nouis Luxemburgi.

Vt ingentis bonitatis eſſet, ſi Celſitudo ſua Bruxellis ex Curiâ egrediens ſtipantibus hinc indè ſatellitibus ac Nobilibus multis, ac videns in plateâ multos circumſtantes qui libellos ſupplices illi offerrent, vnum tamen quempiam pannoſum, timidum, verecũdum, libellum ſuum ſupplicem offerre illi geſtientem, ſed illum partim prodentem, partim palliolo occultantem, è multis euocaret ad ſe, libellum eius ſupplicem ipſe poſceret; ità clementiæ magnę fuit, Chriſtum hoſpitium apud Zachæum poſcere, quem inuitaturientem videbat, ſed præ reuerentia obmuteſcentem.

Etiam clementiæ fuit, plus promittere ac dare, quàm vellet Zachæus.

Videre cupiebat Ieſum quis eſſet, in tranſitu? at Chriſtus dicit, manebo toto hoc die & nocte. q.d. Ne ſic præcu- -e, aut adeò propera in arborem ſycomorum, licebit tibi magno otio me videre.

Videre cupiebat in vrbe, in publico? At Chriſtus dicit; videbis me propiùs, & domi tuæ. *Hodiè in domo tuâ oportet me manere.*

Conueſci tantùm volebat? At Chriſtus dedit

Digitized by Google

ipſi & colloqui,& cõdormire ſub eodẽ tecto. Manere voluit ad paſtũ,& ad ſomnum, toto illo die. Oratio Eccleſiæ Dom. XI. poſt Pent. *Omnipotens ſempiterne Deus,qui abundantia pietatis tuæ & merita ſupplicum excedis & vota* &c.

Maior a petitis

Credibile eſt magnos ſæpè dediſſe Deos. Ouid. 2. Triſt.

Luc. 10. *Multi Prophetæ & Reges voluerunt videre,quæ vos videtis,& non viderunt; & audire quæ auditis,& non audierunt.*

Abgaro Regi Edeſſæ quamlibet per literas petenti haud conceſſum. *Euſeb. Cæſ. lib. hiſt. Eccl.*

* 2. *Mercede*,quam hoſpiti multam perſoluturus erat:ſalute ſcilicet toti domui procuratâ. *Hodie ſalus huic domui facta eſt.* Apoc. *Merces mea mecum eſt.*

D. Ambroſ. lib. 8. in Luc. *Apud alterum ſe non inuitatus inuitat. Sciebat enim vberem hoſpitij ſui eſſe mercedem.*

Vt nullìus eſt impudentiæ,imò alicuius beneficentiæ ad hoſpitem aut cauponem publicum deflectere,cœnam imperare,fercula lauta,& vina optima poſcere &c. benè & liberaliter ſoluturum conuiuij obſequijꝗ pretium; ſic Zachæo beneficium fuit,Chriſtum dixiſſe, *Hodie in domo tuâ oportet me manere.*

Nemo vnquam hoſpes bonus abijt inſalutato aut indotato hoſpite.

Angeli tres,homines induti, Lothum ſuum hoſpitem incendio Sodomorum ſubtraxerunt. *Geneſ.*

Elias, & Eliſæus eius diſcipulus hoſpitas ſuas iuuerunt,nunc filium mortuum ſuſcitando,nunc oleum multiplicando. *lib. Regg.*

Maria trimeſtri hoſpitio totam Zachariæ domum

mū ſic beauit, vt dicere poſſet quilibet domeſticus. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illâ, & innumerabilis honeſtas per manus illius.*

Iupiter quod ſub humano vultu aliquandò exceptus eſſet humaniſſimè à Philemone & Baucide pauperibus, ipſos diluuio eripuit, caſam ipſorum in templum auguſtum tranſmutauit, ipſosq́ꝫ Sacerdotes & æditos perpetuos creauit. *vide fab. apud Ouid. lib. 8. Metam.*

Ceres cùm eam Cælius Rex Eleuſin ciuitatis Atticæ prouinciæ non longè ab Athenis, quærentem Proſerpinam filiam ſuam liberaliſſimè hoſpitio ſuſcepiſſet, filium eius Triptolemū recēs natum alendum ſuſcepit, ſicq́ꝫ noctu igne fouit, & interdiu lacte nutrijt, vt admirationi eſſet patri tantum filioli incrementum. Prætereà eundem Triptolemū totam ſerendarum frugum rationē edocuit, & currui, quem alati dracones trahebant impoſitum, emiſit per totum orbem doctorem admirandum futurum vſus frumentorū. *In fabb.*

Quod Auguſtinus de Marthâ Chriſti hoſpitâ ſcribit, hoc ego de Zachæo iſto Chriſti hoſpite dixero: *Suſcepit famula Dominum, ægra Saluatorem, creatura Creatorem. Suſcepit autem ſpiritu paſcenda, in carne paſcendum. Voluit enim Dominus formam ſerui accipere, & acceptâ formâ ſerui, in illâ paſci à ſeruis, dignatione, non conditione. Nam & iſta dignatio fuit, ſe præbere paſcendum.... Quod paſci voluit, paſcenti præſtitit .... religioſam viduam per obſequium exhibitum ſeruo ſuo* (Eliæ) *benedicere diſponebat.* D. Aug. ſerm. 26. de verbis Domini.

Ioan. 1. *Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*

Hodie ſalus huic domui facta eſt. Latum ſalutis nomen. Et ſalute etiam totam familiam impertijt.

Digitized by Google

Totum illud Augiæ ſtabulum tunc perpurgatum eſt, ingreſſo illo torrente gratiarum.

Mercedis etiam pars aliquanta fuit, honos, qui illi ac domui acceſſit à Chriſti ad peccatorem acceſſu, qui tantus fuit, vt inuidendus eſſet Phariſæis, qui indè *murmurabant, quod ad hominem peccatorem* (j. palam flagitioſum hominem) *diuertiſſet*, qui in tali causâ dixiſſent illud Iſaiæ, *recede longè à me, noli me tangere, quoniam mundus ſum.*

Magno aliquis improbus emat, à probo viſitari.

Domũ honorat incola: & accola accolã: ſed & comes comitem. 1. *Reg.* 15. Cum audiſſet Saul ex ore Samuelis iratum ſibi eſſe Dominum Deum, quòd Regi Amalec pepercíſſet, ſemel & iterùm ſic precatus eſt Samuelem. *Nunc porta, quaſo, peccatum meum, & reuertere mecum* &c. Et paulò poſt; *Peccaui: ſed nunc honora me coram ſenioribus pop. mei, & coram Iſraël, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum.*

Atque ita eſſe vel indè videmus, quòd qui inuitat ferè ſic loquitur, dignare hodiè mihi eſſe conuiua, & abeunti gratias agit de dignatione.

Haud equidem tali me dignor honore.

Maximè cùm vel Princeps domum ſubditi adit, vel vir aliàs celebris quà à ſanctitate, quà ab eruditione, quà ab armis &c.

Quàm beatulus mihi videor, qui Romæ ſemel cum magno illo Baronio Scriptorum æui noſtri Cæſare in eius palatio, eiuſq; menſa, inuitatus cõſederim! tanti ſemper mihi fuit vir ille pœnè diuinus.

D. Chryſoſt. *Conſidera Domini bonitatem, inſons cum ſontibus conuerſatur.*

* 3. *Iure.* Concionator enim erat Chriſtus, ac publi-

publicus doctor. Miniſtris autem verbi Dei, atque Euangelizantibus ius antiquum ac perpetuum eſt, poſcendi victûs, hoſpitij à ſuis.

Dignus eſt enim operarius mercede ſua.

Qui altario deſeruiunt, ijdem de altario viuunt.

Minerual hoc eſt doctorum Eccleſiæ.

Non claudes os boui trituranti.

Ratio ſic iubet. Nàm ſi totum hominem miniſterium verbi Dei deſiderat, ſic vt rem ipſe ſuam curare non poſſit, ſtudio reipublicæ, cur non & re & ære publico is viuat, qui ſic rempub. adcurat? *Dijs, Parentibus & Magiſtris non redditur æquiualens.* D. Auguſt. ſerm. 27. de verbis Domini, to. 10. *Profectò maior eſt refectio mentis, quàm ventris.*

Sed nunc ferè ita eſt, *Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.*

Clamitat tamen *in cœlum merces retenta laborum.*

* 4. *Documento noſtro*, & quidem duplici { 1. *Ordinis in conuerſione noſtri ad Deum.* 2. *Suauitatis diuinæ ad conuerſos.* }

* 1. *Ordinis in conuerſione* &c. qui talis eſt, vt niſi prior Deus nos vocet, conuertat, ad nos veniat, numquam ad ipſum ſimus reuerſuri.

Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei.

Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.

Non venit ad magnetem ferrum, niſi adtraxerit magnes.

Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum.

Vt facies in ſpeculo nullum eſt habitura motũ, imò nõ eſt vel adparitura, niſi homo prior ad ſpeculum acceſſerit, motum dederit (vultum enim ex vultu ibi imago, velut adulatrix quædam blã-

da,

Digitized by Google

da, comparat:) ſic nec peccator à peccatis redituᵭrus, niſi motore Deo.

Itaque ſępè nobis repetenda illa ad Deum; *Conuerte me, & conuertar ego.*

Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis &c.

* ij. *Suauitatis diuinæ ad conuerſos*, imò ad viros deſideriorum, & bonæ voluntatis.

Zachæus.n.tantum voluit inuitare, non tamen inuitauit, & ecce ſe ipſe Chriſtus inuitat, venit ad eum, conueſci & commanere vult; *oportet me in domo tuâ manere*, inquit.

Titus hîc. *Solam hic viſionem deſiderauit, ſed qui nouit plus facere quàm quærimus, dedit ei ſupra id quod expectabat.*

D. Chryſoſt. in Matth. loquens de beatis. *Maius erat Sanctorum præmium, quàm omne eorum deſiderium.*

II.

Quàm optabilis, & vtilis cunctis hoſpitibus ſuis, dulcis hoſpes animæ Chriſtus.

Hodie quoque vnicuiq; noſtrum ſic loqui putandus eſt Chriſtus, *Hodie in domo tuâ oportet me manere.*

D. Bernard. ſer. 2. de Aſſumptione Mariæ. *Et nobis enim ſingulis caſtra ſunt ſingula, & ſingulæ domus; & Sapientia pulſat ad oſtia ſingulorum. Si quis ei aperuerit; introibit cœnabitq; cum eo.*

In domo inquam cuiuſque noſtrûm, ſeu
- 1. *Mundo*;
- 2. *Templo*;
- 3. *Familiâ*;
- 4. *Animâ, & corde.*

* 1. *Mundo*, quæ cuiuſque magna domus eſt.

Dicit ergò; *Hodiè* j. nunc *oportet me manere in domo tuâ*. in mundo, id eſt, credere te firmiter volo

lo me eſſe in omni loco, ac non tantùm in mundo,& curare mundana iſta ac ſublunaria, non tâtùm cęleſtia, vt Athei quidam malè opinantur.

Iob. 22. *Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat.*

Idq́ ideò, vt peccare timeas, tanquam me præſente ac vidente.

Item, vt ſperes in aduerſis opem præſentis Dei tui.

* 2. *Templo*; quod omnium noſtrûm & ſingulorum eſt, ad exercitium diuinorum.

Credere nos vult firmiter ipſum reuerâ eſſe in templis in Sacramento altaris, & ſpeciali quadam gratiâ ac præſidio.

2. Paralip. c. 7. *Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationes eius, qui in loco iſto orauerit. Elegi enim & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.*

Hîc manet, hîc liberalis eſt, hîc eleemoſynas largiſſimas exercet. Deindè idem hoc eſt, ac ſi dicat; Hactenus habitaui in Synagogâ Iudæorum domo; at hodiè, id eſt, nunc ac deinceps libet habitare in domo Gentium in Eccleſiâ.

* 3. *Familiâ*, & penatibus. Deſiderat in medio mariti, vxoris, & liberorum verſari.

Vult coniuges ſic viuere, ſic loqui, ſic agere omnia, vt digni ſint Dei ipſius ſocietate, & cohabitatione.

Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, in medio illorum ſum.

Ipſi populus meus erunt, & habitabo cum eis.

* 4. *Animâ, & corde*, per
- *1. Eſſentiam, Præſentiam, & Potentiam;*
- *2. Euchariſtiæ ſumptionem;*
- *3. Gratiam ſpecialem &c.*

Digitized by Google

* j. *Eſſentiam* &c. Illud, *Hodie oportet* &c. eſt q. d. deinceps cogitare te ſeriò oportet me apud te, imò in teipſo eſſe, tibiq; intimiorem (vt ſic dicam) eſſe quàm ſis ipſe tibi, vt hac cogitatione aduerſus peccatum armeris, caueasq; quàm ſtudioſiſſimè, ne quid diuinis oculis pudendum aut indignum vel facias, vel cogites.

Boëthius lib. 5 de conſol. Philoſ. proſa 6. *Manet ſpectator deſuper cunctorum praeſcius Deus, viſionisq; eius praeſens ſemper aeternitas cum noſtrorum actuum futura qualitate concurrit, bonis praemia, malis ſupplicia diſpenſans.... Magna vobis eſt (ſi diſſimulare non vultis) neceſſitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis.*

Aurel. Pruden. lib. Hymnorum.

Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq; noſtros proſpicit,
A luce primâ in veſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur quicquid,
Humana quod mens concipit.
Hunc nemo fallit iudicem.

Lodouicus Bigus ad Titum.

Viuere flagitio ſi vis, Tite, liber ab omni,
In deſolato ſit tua vita loco.
Atq; ibi quicquid ages, furtimue palamue, memento
Inſpectatorem ſemper adeſſe Deum.

Deus, ne neſcias, non tantum foris ſtat poſt parietem, proſpiciés per feneſtras aut cancellos, aut auſcultans etiam per tenues rimas, non, ſed intra teipſum eſt cuncta contemplans, cuncta audiens.

* ij. *Eucharistiae ſumptionem.* Illud *Hodiè oportet* &c. eſt quaſi dicat, Iam volo te communicare, tibi ſacramentaliter commiſceri, atque vniri indiſſolubili-

Digitized by Google

biliter, niſi tu prior vnionem diſſoluas.

* iij. *Gratiam ſpecialem* &c. quaſi dicat, iam tibi præſidio eſſe volo.

Non ſufficit mihi in templis eſſe, niſi etiam tibi inſim per gratiam.

Fili, præbe mihi cor tuum.

O rem votis omnibus optandam!

At *vndè hoc mihi, vt veniat* non modò *mater Domini mei ad me*, ſed Dominus ipſe?

Vt tu Deus de cœlo ad me venias! *manhu, quid eſt hoc?*

Vt in templum Salomonis auguſtiſſimum venias, vel in virginem puriſſimam, vel in tuam carnem mundiſſimam in ventre Virginis, vel in totum corpus Eccleſiæ ſanctæ, vel in altare ſanctum per Euchariſtiæ Sacramentum; tolerabile id quidem; At quod in me tam miſerum, tam nequam, & ipſo Augiæ ſtabulo ſordidiorem venias, & quidem vt maneas! quid hoc *oportet me manere*, inquis.

Si tantùm pertranſires, imò percurreres mox excurſurus horrore ſordium, ferri forſitan poſſit; at velle immanere, morari, quæ eſt illa dignatio!

O dignationem Dei nimiam, ſed minimè homini dedignandam, imò votis mille ambiēdam!

D. Gregor. homil. 30 in Euang. *Penſate, fratres chariſsimi, quanta ſit iſta dignitas, habere in cordis hoſpitio aduentum Dei!*

Quàm vtilis hic hoſpes hoſpiti ſuo
- *1. Nobilitando!*
- *2. Mala propulſando!*
- *3. Bonis locupletando!*
- *4. Tuendo!*
- *5. Docendo!*
- *6. Excipiendo quoque!*

* Io

* 1. *Nobilitando.* Sic enim concorporei, & conſanguinei eius efficimur, & quidam Chriſtophori, ſumptione Sacramenti Euch. imprimis, & Dei per gratiam in nobis habitatione.

Ioan. 1. *Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*

Glorificate, & portate Deum *in corpore veſtro.*

Beata anima, *cuius brachijs ſecli pependit pretium!*

Simeon non beatior, quam illum aliquando in vlnas accepit.

D. Ambroſius lib. 8. in Luc. *Zacchæum manſionis ſuæ claritate nobilitat.*

* 2. *Mala propulſando,* peccati maximè.

Tùm eſt in homine vti paſtor in ouili abarcens lupos, & pecus omne gregi inimicum &c.

Vti Princeps belli in arce, hoſtem indè omnem repellens.

Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſsidet.

Pſal. *Deus in medio eius, non commouebitur.*

1. Regg. Vt Arca poſitâ in templo Dagon, Dagon ipſe truncus capite & manibus corruebat, ſic Deo habitante in homine dæmonis fraus omnis & potentia collabaſcit.

2. Cor. 6. *Quæ conuentio* Chriſti *ad Belial?... quis conſenſus templo* Dei *cum idolis?*

* 3. *Bonis locupletando.*

2. Regg. Vt Arcâ Dei aliquandò ſepoſita in domo Obed-Edom illam mirè beauit, adeoq; inuidiosè, vt Dauid Rex eam ad ſe reduci imperaret ſimilis beatitatis deſiderio; ſic multoq; magis Deus mentem illam omni gratiâ locupletabit, quamcunque inhabitauerit.

Venerunt mihi omnia bona pariter cum illâ, & innumerabilis honeſtas per manus illius.

* 4.

Digitized by Google

* 4. *Tuendo*, & conſeruando quæ bona in homine cōgeſſerit. Iuſtius dixerit talis hoſpes Dei, quam quondam Iulius Cæſar Nauarcho ſuo timenti in atrociſſimā tempeſtate, & iam reditum ad portum cogitanti, *Apageſis, quid times? Cæſarem vehis & fortunam cum eo.*

Pſal. *Dominus fortitudo mea & ſalus mea, quem timebo?*

Vt Laburloto illo in quamlibet vrbeculam recepto, nemo penè neque militum neque incolarum hoſtem timuit; ſic, imò infinities ſecurior periculorum, quiſquis plenus Deo.

O & præſidium & dulce decus meum!

Quid quod illo in nobis habitante, nos tota Curia beatorum neceſſariè ſtipabit, & præſidio erit?

Vbi Papa, ibi Roma, vbi Deus ibi tota cœleſtis Curia.

Vbi ego ſum, illîc & miniſter meus erat.

Sequuntur agnum beati *quocunq; ierit.*

Quid timeat Domino plen[illegible]s, [illegible] tot Angelis ac Heroibus beatis circumſeptu[illegible]

Pugnabit cum eo *pro eo orb*[illegible] &c.

* 5. *Docendo.* In nobis eſt [illegible]ſter in ſcholâ, vti doctor in cathedrā.

Pſal. *Audiam quid loquat*[illegible]*r in me Dominus.*

Magiſter Gentium de conſcientiā tanti in ſe hoſpitis loquebatur. *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* 2. Cor. 3.

Ioan. 6. *Erunt omnes docibiles Dei.*

Docet tùm Deus maximo compendio, nullo ſtipendio, nullo verborum ſono aut ſtrepitu, ſilentio ſummo, ſoliditate maxima.

DD. Franciſcos recogitate & Antonios magnos, ſic doctos doctrice gratia[illegible]

* 6. *Excipiendo quoque,* Cælo ſu[illegible]. *Dat epulis accumbere*

bere Diuûm. Sunt ſcilicet & hîc iura hoſpitij mutua, & aliquod hoſtimentum. Do vt des.

Matth. 25. *Hoſpes fui, & collegiſtis me &c. venite benedicti, poſsidete paratum vobis regnum &c.*

Hic pietatis honos, ſic nos in ſceptra reponit. Virg. 1. AEn.

Quid? Homines proceres ità facient, non Deus ipſe?

Imò non modò Proceres, ſed fex ipſa plebecula vices hoſpitij ſolet rependere.

Quid igitur Deus? Nàm & ipſum hoſpitibus dare iura loquuntur. *Beati qui habitant in domo tuâ, Domine*, & in quorum tu domo habitas!

III.

Quibus artibus inuitetur vt veniat, & retineatur vt apud nos maneat, vti apud Zacchæum.

Sed operæ precium fuerit ſcire { 1. *Quî inuitetur*, 2. *Quî retineatur*.

* 1. *Quî inuitetur?* ſex modis maximè { 1. *Filiatione Abrahæ*; 2. *Puritate*; 3. *Cupiditate videndi*; 4. *Humilitate*; 5. *Exceſſu è turbâ*; 6. *Aſcenſu in Sycomorum*.

* j. *Filiatione Abrahæ*; *Salus*, inquit, *Domui huic facta eſt, eò quòd & ipſe filius ſit Abrahæ.*

Filiationem autem Abrahæ dico, eius inuitationem, quà Fide, quà Spe, quà Charitate, quà Obedientiâ ſummâ ſummus fuit.

Patriam ac ſuos omnes deſeruit amore Dei meraciſſimo.

De filio naſcituro, & poſt ſacrificium renaſcituro ſi cæderet *contra ſpem in ſpem credidit.*

* ij. *Puritate*. Zacchæus enim idem quod purus aut iuſtificatus.

Puri

Puri ſimus ab omni ſcelere, ſaltem propoſito ac voto.

Domus pudici pectoris templum repentè ſit Dei. Eccleſ. in hymno.

Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

Qui paſcis inter lilia.

Pſal. *21. Tu autem in ſancto habitas.*

Pſal. 92. *Domum tuam decet ſanctitudo.*

Sap. 1. *In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.*

Ouid. 1. Triſt. eleg. ... *Adſpicis vt veniant ad candida tecta columbæ*

Accipiat nullas ſordida turris aues.

Et quis noſtrûm non libentiùs ad hoſpitam illam diuertat cuius cubicula, linteamina, mantilia, & vtenſilia omnia ſunt munda, & niue ipsâ propè candidiora (cuiuſmodi in Belgio ac Flandriâ maximè multæ ſunt) quam ad eam cuius immunda ſunt omnia, & pœnè pannis menſtruatæ paria?

Quid? ipſi ſpiritus immundi ingreſſi domum ſcopis mundatam ibi habitant. *Luc.* 11.

Chriſtus agnus eſt, id eſt purus, imò ἁγνεία & puritas ipſa: idcircò, puris ac mundis delectatur, aduerſa auerſatur.

D. Gregor. homil. 30. in Euang. *Tergat ergò ſordes praui operis, qui Deo præparat domum mentis.*

Idem ibid. *Certè ſi domum noſtram quiſquam diues, aut præpotens amicus intraret, omni feſtinantiâ domus tota mundaretur, ne quid fortaſſe eſſet, quod oculos amici intrantis offenderet.*

Ne telæ quidem aranearum illic vllæ appareant.

Sed, proh dolor! mundiſſimæ ſunt domus noſtræ & cellulæ, ſuppellex omnis mundiſſima, facies

Digitized by Google

cies & cultus totus etiàm vſque ad luxum mundiſſimus, mens autem ipſa inculta & ſordidiſſima.

Diogenes, aut Philoſophus quicunq; alius paulò ſeuerior, ſi reuiuiſcat egens excreatione, potius in nos, quàm in noſtra poſſit conſpuere, vt qui nihil noſtrum habeamus negligentius quàm noſipſos ac mentem ipſam.

Et miremur, ſi puritas diuina tàm ſordida & neglecta pectorum noſtrorum hoſpitia auerſetur, aùt dedignetur?

Mirarer magis, ſi ad tàm impuros deflecteret, ſi Hercules ad Caci ſpeluncam plenam oſſibus mortuorum, & membris adhuc tabo fluentibus declinaret.

* iij. *Cupiditate videndi*, id eſt cognoſcendi Dei, credendi &c.

Videre eſt cognoſcere. Credere, videre eſt.

Et cupiebat Zachæus videre Ieſum, quis eſſet. Luc. 19.

Dignus ille planè ſcientiâ, qui diligit ſcientiam, ac ſcire deſiderat. Item cupiditate videndi Dei non amplius in ſpeculo & in ænigmate, ſed facie reuelatâ in gloriâ.

Ad eos non venit hoſpes ille, qui cœlum cœli Domino non inuident, nec cœlum nec Deum videre vmquam adfectant, dum terram ſemper beatulè cum vxoribus, cum liberis, cum opibus detur poſſidere; qui dicunt *da mihi animas* iſtas caras, & hæc viſibilia, *cætera* cœlum & inuiſibilia omnia adeoq; teipſum *tolle tibi*.

O curuæ in terras animæ, & cæleſtium inanes! Perſ. ſat. 2.

Sap. 1. D*ominus adparet eis, qui fidem habent in illum.*

Ibid. *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu.*

* iij. *Humilitate*, ſuiq; ipsîus contemtu.

Za-

Zacchæus ſtaturâ puſillus erat, hoc eſt, *exiguus meritis* ſenſo Ambroſij lib.8.in Luc.

Exiguus eſto meritis, non reipſa, ſed ſenſo tuo

Cùm omnia feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus.

Cùm alijs Gigas, operum bonorum magnitudine, videri poſſis, tibi pigmæus, & ſtaturâ puſillus, videare.

Cùm in cœlo poſueris nidum tuum, adhuc repere te in terra crede.

Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem &c. Iſai.

In Matrem Virginem deſcendit hâc ſui humiliatione ineſcatus. Sic in noſtrum Franciſcum, quòd ſæpè ſoleret ſuis dicere, *Incipiamus, fratres, hactenus nihil fecimus.*

Quid, Franciſce? Iàm tot annos crucem Chriſti geſtâſti: tot annos ſub iugo Chriſti ſudâſti & occalluiſti: tot ieiunijs & Quadrageſimis carnem adfliꝢâſti, vt vix oſſibus hæreas, & derelicta ſint tâtummodò labia circa dentes tuos: tanto Chriſti amore inarſiſti, vt vnus merueris ſtigmata Chriſti inſtar Chriſti cęlitus impreſſa accipere, vt in te Eccleſia omnis oculos verteret vt in ducem fortiſſimum, &

Aſtricomis Heroa manus, thoraca, pedesq;
Vulneribus foſſum (Franciſc. Maurus l. 1. Franciſciados:) & dicis, *Incipiamus, hactenus otioſi viximus?* quid hoc?

Ità, inquit, ità ſentio de meipſo: & ſcio quid mihi hic de me ſenſus proſit: ſic ad me & in me adduco hoſpitem Deum: iſta illecebra eius, & eſca eſt.

Sic Zacchæus noſter Chriſtum ad ſe adduxit, quum ſe indignum putauit, qui auderet vel inuitare dumtaxat, vel videre: *Domine, non ſum dignus vt intres ſub* &c.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe Magiſtri.

 His

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

His gradibus deſcendit in nos Deus, & gratia eius.

* v. *Exceſſu è turbâ*, negotiorum, ſolicitudinum &c.

Cyrill. *Turba, imperitæ multitudinis confuſio, quàm oportet tranſcendere, ſi velis Chriſtum adſpicere.*

Sapiendum vt pauci. Faciendum vt pauci.

Populus, bellua multorum capitum.

Item, quærenda ſolitudo.

Senec. ep 7. *Quid tibi vitandum præcipuè exiſtimem quæris? Turbam.*

Arſenius Magnus ab Abbate quopiam interrogatus cur adeò fugitans hominum eſſet, cùm ab alijs ipſe non periclitaretur, alij contra illius conſuetudine iuuari poſſent, reſpondit, *ſe cum Deo & hominibus ſimul omninò eſſe non poſſe.* Vide Surium tomo 4. in vitâ eius.

Thren. 1. *Bonũ eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.*

Oſee 22. *Ducam eã in ſolitudinẽ, & loquar ad cor eius.*

Ad Mariam Virginem venit, cùm ſola in penetralibus eſſet, quam nemo videret. *Luc.*

Vide plura in Monomachiâ noſtrâ Conc. 8. parte 3. & Concione 9. totâ.

* vj. *Aſcenſu in Sycomorum. Et aſcendit in arborem Sycomorum.* Luc. *19.*

Sycomorum ficum fatuam interpretantur. *Gregor. 27. Moral. c. 26.*

Fatuam, inquam, eſt enim ignaui ſaporis;

Sycomorum verò, quià folijs moro ſimilis ſit.

Mundi faſtus, & omne ſublime huius ſeculi antè calcandum.

Mundi contemtu adſurgendum.

Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Stultus ſit homo, *vt ſapiens fiat.*

Adpareamus *ſtulti propter Chriſtum*, ſed mundo ipſi dumtaxat. *Brutus erat ſtulti ſapiens imitator*, & ſic

ſic emerſit. *Ouid. in Faſtis* prou.gall. *fols ſages.*

Stulta ſunt ſenſo mundi pœnitentiæ opera? crucis geſtatio? luxûs veſtium moderatio? & ſpiritalis circumciſio? &c. Chriſti tamen ſenſo pleniſſima ſapientiæ, & ſolorum ſapientum? Illa adſcendamus, & videbimus Chriſtum, & vt ad nos & in nos veniat facile inuitabimus, imò vt Emauntini illi duo diſcipuli, *cogemus intrare.* Luc. 24.

Extorquebimus illi hanc vocem affectûs pleniſſimam, effectumq; eius vberrimum. *Hodie in domo tuâ oportet me manere.*

Hodiè oportet, neceſſe habeo vti animæ tuæ diuerſorio.

Hodiè, inquam. Iàm olim ab æterno id prædeſtinâram, at nùnc prædeſtinationis huius effectum neceſſe eſt inchoari. Diſtuli id quidem diu, tùm quià *nondum venerat hora mea*, tùm quià totus in armis eras reſiſtens mihi, rapinâ, cæde, populi vexatione, quæ Publicanorum ſunt propria &c. At *hodiè* nùnc nùnc oportet cogente me Prædeſtinationis meæ ipſius decreto & quodam quaſi fatò, & illâ tuâ ſic paratâ ad bonum voluntate & niſu *hodiè in domo tuâ manere.*

Omnia vincit amor? & nos cedamus Amori.

Quaſi dicat. Viciſti me Zachæe viciſti, his motibus & moribus.

D*eliciæ meæ eſſe cum filijs*, imò & in filijs, *hominum.*

* 2. *Quî retineatur*, quod ipſum caput rei eſt. *Oportet me manere*, id eſt habitare, & ibi ſtationem perpetuam habere.

Quid ergò? Num Chriſtus deindè perpetuò in domo Zacchæi habitauit? Nuſquàm indè abijt?

Reſpondeo, abiſſe corpore craſtino fortaſſe, ſed

gratiâ & benedictione perpetuò manſiſſe. *Tenui eum, nec dimittam.* Cantic.

Nunquam ſpontè abiſſe, numquam à Zachæo excluſum eſſe.

Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.

Ioann. 14. *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

In eâdem domo manete, dictum diſcipulis.

D. Gregor. homil. 30. in Euang. *In quorundam etenim corda venit, & manſionem non facit: quia per compunctionem quidem Dei reſpectum percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipſum quod compuncti fuerant, obliuiſcuntur: ſicq; ad perpetranda peccata redeunt, ac ſi hæc minimè planxiſſent.*

Aliquandò *non hoſpes ab hoſpite tutus.* Ouid. 1. Metam.

Aut hoſpes nimis eſt ſordidus, inurbanus, imperioſus &c. vndè fit vt hoſpes hoſpitio cedat, & hoſpitij viribus renuntiet.

Retinetur ergò Deus
1. *Munditie;*
2. *Ornatu;*
3. *Reliquijs ſpectabilibus;*
4. *Odorum ſuauitate;*
5. *Cantibus.*

* j. *Munditie* animi & corporis, quâ capitur primùm vt intret.

Vti enim ſolent matronæ ſe oculis maritorum ornare, vt antè nuptias ſolebant, vt quo ornatu eos ineſcârunt, eodem ſemper in ſui amore ipſos contineant; ſic quâ puritate attraximus in nos Deum, eâdem in nobis eſt retinendus.

Apum columbarumq; inſtar aluearijs & columbarijs mundis delectatur.

Verrenda ſæpè ergò domus noſtra oris Confeſſione, & aquis lachrymarum reſpergenda.

* ij.

* ij. *Ornatu.* Vt templa viſibilia multùm ornata diſtinent ingreſſos, placetq́ magis diebus dedicationum anniuerſarijs ibidem duabus horis immorari, quàm aliàs vnâ, quòd tum ſint ornatiora, comptioraq́ omnia; vt hîc hodiè videre eſt; ſic in animâ benè comptâ & inſtructâ ſemper nouis nouiſq́ue virtutibus Deo placet immorari. *Bonum eſt nos hîc eſſe*, inquit. *Matth.* 17.

Sint ergò aurata imò aurea omnia in nobis, vt in templo Salomonis, ſed auro charitatis.

Omnis gloria filiæ regis ab intus. Pſal. 44.

Sed quidam magis intenti corpori ornando, quàm menti.

Pſal. *Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi.*

Sepulcra dealbata deaurata foris, *intus plena ſpurcitijs* & oſſibus mortuorum.

D. Auguſt. *Deus non reſpicit pulchram carnem, ſed pulchram mentem.*

* iij. *Reliquijs ſpectabilibus*, numero, pretio, caritate &c.

Dùm his ſpectandis delectamur, tempus fallitur, & maiores in templo moras facimus, quàm erat conſtitutum.

Reliquiæ noſtræ quibus Deum diſtineamus, ſit ipſa Dei ſimilitudo in nobis illæſa permanens, quo vno ſpectaculo Deus maximè delectatur, & retinetur.

Amicitiam enim gignit omnis ſimilitudo.

Omne animal diligit ſimile ſibi.

Narciſſus ſe in fonte ſpectans, diſcedere à fonte non poteſt; ſe in nobis intuens Deus, à nobis non abibit, pulcra ſui imagine delectatus.

Pſal. 36. *Sunt reliquiæ homini pacifico.*

iiij. *Odorum ſuauitate.* Panthera odore ſui ſua-

Digitized by Google

uiſſimo cætera animantia captat.

Cant. *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Quis non libenter in pharmacopolio, aut roſeto ſuaueolenti verſetur? Bonâ vitâ, bonâ famâ. *Christi bonus odor ſumus.*

At *fœtere* quidam *faciunt odorem* ſuum primum *coram Pharaone.*

Aliter illa quæ dicebat; *Dùm eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.* Cantic.

† v. *Cantibus*, & vocum diſcordi concordiâ.

Cantibus Sirenes nauigia remorantur.

Orpheus lyricis ſonis dictus fluuiorum curſum cohibuiſſe.

Carminum ſuauitate animus velut incantatur.

Et cantu Deum in nobis tenebimus, ſi fuerit côcentus conſenſuſq; carnis cum ratione, concordia cum fratribus, maritorum cum vxoribus, populorum cum Regibus &c.

Veni ergò & mane nobiſcum Domine, & *dimittas quæ conſcientia metuit, & adijcias quod oratio non præſumit.*

D. Bernard. ſer. 2. de Aſſumpt. Mariæ. *Alioquin væ ei, ſi eum excipere tenuit ſi nô detinet, ſi non cogit manere ſecum, quoniam adueſperaſcit. Rediens enim qui priùs eiectus eſt, mundatam quidem & ornatam domum inuenit, ſed vacantem. Relinquitur ſiquidem mulieri domus ſua deſerta, quam Saluatoris hoſpitio dignam exhibere neglexit.*

Turpiùs eijcitur, quàm non admittitur, hoſpes. Ouid.

IN

IN PRIMITIIS NOVI SAcerdotis, Aueſnis in templo parochiali, 1613. 5. Maij.

Thema. *Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quià natus eſt vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.* Luc. 2.

Dicendum hodie mihi
- 1. *Quæ rei præſentis, cum Euangelio de natiuitate Chriſti, conuenientia;*
- 2. *De rebus pleriſq; multis multum gauderi initiò, de quibus adeptis lapſu temporis doletur;*
- 3. *Vt de Sacerdote bono creato gaudendum toti Reip. ſic de malo triſtandum.* AVE.

I.

Quæ rei præſentis, cum Euangelio de natiuitate Chriſti conuenientia.

Pleroſqúe veſtrûm paulò eruditiores mirari nõ dubito (Auditores &c.) quid mihi in mentem venerit, qui verba hæc Angeli Paſtorculis dicta ipſo Natiuitatis Chriſti die, hoc primitiarum Sacerdotalium die pro themate vſurpârim. *Quæ conuentio lucis ad tenebras?*

Reſpondeo, multam per omnem modum.

* 1. *Nàm ſi nato* ex virgine Chriſto dicta ſunt; & hodiè conueniunt, cùm Chriſtus primum naſcitur in altari, ex ventre & ore virgineo huius noui Sacerdotis; ore virgineo, inquam, id eſt, illo quod nunquam aliàs potentia illa verba conſecrationis Euchariſticæ efficaciter protulit.

Naſ-

Naſcitur (inquam) hodiè ex eius ore, vt tùnc ex Virginis ventre. Vt enim tùnc rectè dictus naſci Chriſtus, qui tamen ab æterno erat, quia aſſumebat quod non erat, manens quod erat; itànùnc benè naſci dicitur ex huius ore, qui iam pridem natus eſt ex Virgine, quoniàm incipit aliter eſſe in Euchariſtia (ſacramentaliter ſcilicet, & inuiſibiliter) quàm cùm in terrâ verſaretur.

* 2. *Nato Chriſto* dicta ſunt? & hodiè natus eſt nouus Chriſtus, nouus vnctus, nouus Sacerdos, quo ſenſu dictum; *Nolite tangere Chriſtos meos*. Sacerdotes enim etiàm nùnc, vti olim, inunguntur.

Hodie (inquam) natus, id eſt, creatus eſt Sacerdos; vel potiùs hodiè primum actum exercet Sacerdotij ſui, & creationis ſuę in Sacerdotem: Nam propriè natus aut creatus eſt Sacerdos, quo die Epiſcopus ipſum ordinauit.

Et creationis vox latiniſſima hoc ſenſu, non multùm abeſt ab eo quod naſci dicitur.

Natus eſt quidem iam homo, egrediens ex vtero matris; at nùnc nùnc natus eſt ac creatus Chriſtus & Sacerdos.

* 3. *Natus Chriſtus* dictus eſt Saluator? *Natus eſt vobis hodiè Saluator*. Et Sacerdos etiam Saluator appellatur.

Atat! Exorbitas (inquis) Boskhiere, aut tui oblitus es, qui audeas vocare hominem Sacerdotem, Saluatorem, nomine Chriſti proprio.

Sic paruis componere magna ſoletis?

Reſpondeo, non errare me hìc aut labi.

* 1. *Nàm cui* ordini conueniunt auguſtiora, conueniunt & humiliora epitheta. Sed Sacerdotes iàm olim Dij adpellati; *Ego dixi, Dij eſtis, & filij Excelſi omnes*. pſal. *Quotq́; aderant myſtæ, rebar adeſſe Deos.* pſal. *Deus ſtetit in ſynagogâ Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* No-

Nomen Dei an non auguſtius nomine Saluatoris? Nàm Dei nomen conuenit eſſentiæ merè diuinæ; Saluatoris,perſonæ Dei-Hominis Ieſu Chriſti. Ergò.

* ij. *Quibus honorantur* inferiores, ea non ſunt Superioribus aut Dignioribus inuidenda.

At Saluatores iampridem homines quidam adpellati,nihil ampliùs quàm Laici.

Ioſeph in Aegypto, poſt præuiſam illam ſeptennem famem,& conſilia data maximæ prouidentiæ aduerſus illam. *Geneſ.*

Ioſue, & quotquot à magno malò priuatum aliquem aut Remp. ſeruauêre.

Sic Camillus dici potuit quum alter Romulus dictus eſt,& Cicero,quum parens patriæ audiuit.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Sic S. Georgius ſaluator illius virginis dici potuit,quam faucibus draconis eripuit.

Ergò non malè Sacerdotem voco Saluatorem.

Quid, quòd ſalus à Sacerdote potior, vtpotè animorum?

Adde; Sacerdotium nouæ legis non modò Laicatu, ſed etiam ipſo veteris legis Sacerdotio longè eſſe auguſtius.

Legale enim illud tauros, vitulos,agnos tantùm immolabat,thura dabat,adolebat &c.

Dixiſſes tantùm ſplendidos laniones eſſe,aut coquos magnificos,aut pigmentarios honoratos, publicos atq; à Deo inſtitutos, illius temporis Sacerdotes. *Omnia in figura contingebant illis.*

At nouæ legis Sacerdotium ipſum agnum Dei Chriſtum quotidiè immolat in altari, vmbrarum ſcilicet illarum veterum veritatem.

Quam eſt plumbum aut æs argento vel auro vilius; tàm erat Moſaicum Sacerdotium Euangelico ignobilius.(prou.gall.*de bas aloy.* Er-

Ergò ſi ignobilioribus ſacerdotibus Deorum nomen Deus ipſe indidit, *Ego dixi dij eſtis*: cùr nobiliori, Saluatoris nomen inuideatur?

* iij. *Sacerdotes dicendi* Saluatores, quòd miniſterio triplici vacent ad ſalutem temporalem atq; æternam neceſſario.

Sacerdotis enim Euangelici miniſteria ſalutaria, tria ſunt
- 1. Docere,
- 2. *Sacrificare in reconciliationem,*
- 3. *Sacramenta ſalutis miniſtrare.*

* *1. Docere*
- *1. Credenda,*
- *2. Agenda,*
- *3. Fugienda.*

Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. &c.

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

Fides autem ex auditu, concionum ſacerdotis.

Neque ſolâ fide ſaluamur, ſed fugâ vitiorum, & exercitio virtutum.

Declina à malo & fac bonum.

Hæc ſalutaria docent Sacerdotes, ergò dici poſſunt Saluatores.

* 2. *Sacrificare in* reconciliationem.

Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumtus, pro hominibus cōſtituitur in ijs, quæ ſunt ad* Deum, *vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis .... debet quemadmodū pro populo, ita etiàm & pro ſemetipſo offerre pro peccatis.*

Eccli. 44. *In tēpore iracundiæ factus eſt reconciliatio.*

Ioel. 2. *Inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri* Domini, *& dicent* : Parce Domine, *parce populo tuo; & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes.*

Deo populis, ob peccatorum frequentiam aut enormitatem, irato, ac perdere parato, ferro, fame, peſte &c. ſacerdotis eſt, intercedere, placare.

Sic olim Aaron ſtans inter viuos ac mortuos.

Non

Non ſinendus Deus facere (vt dicitis:) non non, ſed continendus, precibus, ſacrificijs &c. alioquî omnia vaſtaturus, noſtris peccatis hùc illum cogentibus.

Ità tenendus Deus, precibus, & lachrymis, & ſacrificijs ſacerdotum, vt olim Moyſi interceſſionibus, cùm populum perdere vellet, qui vitulum aureum adoràſſet. Tàm enim arctè Deum quodammodò tenebant preces Moyſi, vt dicere cogeretur, *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus* &c. Exod. 32.

Quemadmodum ebrio & inſaniente marito, & ſtricto gladio vicinum perſequente, prudens vxor interuenit, amplectitur medium, brachium & gladium irati tenet, ne feriat; ità planè Sacerdoti cum Deo irato agendum.

* 3. *Sacramenta ſalutis* miniſtrare. Baptiſmum, Euchariſtiam, Pœnitentiam &c. ſine quibus vita æterna non habetur.

Sacramenta ſunt vaſa gratiæ, ſunt canales per quos gratia Dei & ſalus in hominum mentes deriuatur.

Ergò Saluatores ſacerdotes, qui hæc miniſtrant.

* iiij. *Differenter* à Chriſto Sacerdotem adpellari Saluatorem. Nàm Chriſtum, autoritatiuè & excellenter; Sacerdotem verò participatiuè & miniſterialiter tantum Saluatorem appellant.

Nos miniſtrorum tenemus locum, ait Chryſoſtomus.

* 4. *Gaudium magnum* omni populo fore, dictum nato Chriſto? etiam omni populo gaudium magnum, nato nouo ſacerdote.

1. *Cœleſtium*, Angelis ſc. qui iàm iàm reparatum iri videbât ruinas ſuas, & adductum iri ſupplementa legionum ſuarum: *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas*. Pſal. 109.

2. Ter-

Omni populo cuiuſcunque regionis aut loci,

2. *Terreſtrium*, qui deſideratum cũctis gentibus, & tot ſuſpiriis inclamatum ôôô &c. adeſſe cernerent, & viderent coram, quem tam multi Reges & Prophetæ videre antè cupierant, nec viderant, & multi poſteà etiàm vidiſſe optaturi erant, vt Auguſtinus imprimis, & Abagarus Rex Edeſſæ, qui literis Chriſtum ad ſe inuitauit. *Euſeb. Cæſar. hiſt. Eccl.*.

3. *Infernorum*, Limbi incolarum à condito mundo. Iàm iàm portas cœli reſeratum iri ſperabant, Chriſto naſcente; ſe mòx indè extrahendos, cęlo inferendos &c.

Omni populo cuiuſcunque conditionis,
1. *Infidelibus*,
2. *Peccatoribus*.
3. *Iuſtis*.

S. Leo ſerm. 1. de Natiuit. Domini. *Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur. Vna cunctis lætitiæ communis eſt ratio: quià Dominus noſter peccati mortiſq; deſtructor, ſicut nullum à reatu liberum reperit, ità pro liberandis omnibus venit.*

Exultet Sanctus, quià appropinquat ad palmam:
Gaudeat peccator, quià inuitatur ad veniam:
Animetur Gentilis, quia vocatur ad vitam.

Etiam à nato ac creato nouo ſacerdote, gaudium omni pop.
1. *Cæleſtium*,
2. *Terreſtrium*,
3. *Infernorum*.

* j. *Cæleſtium*. Deo enim iucundiſſimum eſt, hominem offerre illi corpus ſuum ad longum virginitatis martyrium, mentem in obſequium ſempiternum.

Patri, Filioq; gratum, eò pluries repeti, celebratione

Digitized by Google

tione plurium Miſſarum, memoriam immenſę ſuę caritatis, Patris, in deditione filij pro nobis; Filij in ſpontaneâ Paſſióne, & tanti myſterij inſtitutione.

* ij. *Terreſtrium*, & iij. *Infernorum. Offertur (enim) in Eccleſia pro viuis & mortuis: vt omnib⁹ proſit, quod eſt pro ſalute omnium inſtitutum.* D. Thom. opuſc. 57.

Ex damnis à Priuatione, cenſeri poteſt de commodis ab Habitu.

Beda de Venerabili Sacramento Euch. *Sacerdos non legitimè impeditus celebrare omittens, quantum in eo eſt, priuat Sanctam Trinitatem laude & gloriâ; Angelos, lætitiâ; Peccatores, veniâ; Iuſtos, ſubſidio & gratiâ; In Purgatorio exiſtentes, refrigerio; Eccleſiam, ſpirituali Chriſti beneficio; & ſeipſum, medicinâ & remedio.*

Ergò celebrans his contraria conſequitur.

Et quò plures creantur Sacerdotes; hoc pluries celebratur, & hæc vberius conſequuntur.

Et omni populo hinc gaudium, quoniam Miſſæ valor, vt Paſſionis Chriſti, popularis eſt & generalis.

Adde, & gaudium eſſe omni populo, quoniàm multiplicatis miniſtris, miniſteria Sacramentorum vt Baptiſmi, vt Confeſſionũ &c. erunt frequentiora, & faciliora.

Aliquandò *meſſis multa, operarij pauci*, ſalutem publicam retardant.

Multis ergò nominibus gaudendum nato aut creato nouo ſacerdote, vti Chriſto nato.

Vndè & conſequitur, commodè à me hoc thema vſurpatum. *Ecce, euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo* &c.

Hoc verò differt vox mea à voce Angeli, quod ille certum dixit, *erit gaudium magnum omni populo*; ego tantum benè ſperatum. ſpero, fore gaudium omni populo ab hoc ſacerdote: Spero Eccleſiam,

parentes, & Epiſcopum qui ipſum ordinauit, de huius probâ ac laudatâ vitâ, deq; fideli miniſterio, gauiſuram &c. fiat, fiat.

II.

De rebus pleriſq; multis multùm gauderi initiò, de quibus tamen adeptis lapſu temporis doletur.

Accidit tamen, proh dolor & hîc frequenter, quod alibi & alijs pleriſq; in rebus vt initia ſint lęta; proceſſus & conſequentia luctuoſa, ac pœnitenda.

Res deſideratas adepti, ſæpè indolemus.

Tria ferè talia ſunt
- 1. *Matrimonium*; Voluptatis campus;
- 2. *Imperium*; Libertatis;
- 3. *Sacerdotum*, Dignitatis.

* 1. *Matrimonium.* quid enim Nuptijs lætius tùm ob
- 1. *Societatem*,
- 2. *Voluptatem honeſtam*,
- 3. *Adiutorium*,
- 4. *Hæredes*.

* j. *Societatem*, quæ homini ſociali animali ſemper iucundiſſima eſt.

Seneca ep. 6. lib. 1. *Nullius boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio.*

Ne marſupij quidem auro pleni, aut ampli cuiuſuis theſauri fortuita inuentio ſatis grata inuentori fuerit, niſi habeat cui narret, & qui adplaudat.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Vidua illa Euangelica repertâ drachmâ, quam perdiderat, & ille repertâ oue, quæ errauerat, vterque vicinos quiſq; ſuos aduocant, quibus narrent de rebus inuentis, quiq; lætantibus collętentur.

Quàm multi ſunt qui ſoli inter epulas ſuas & inter pocula Rhenana, Gallica, Tantali ſunt, non comedunt, non bibunt quod ſatis ſit, qui tamen cum conuiuis liberaliſſimè edunt, bibunt, compotant?

Conuiuis deſtituti, pęnè præconis voce clamare & quęri coguntur medio foro conuiuas deeſſe, ſolitu-

litudinem apud ſe multam eſſe, vocare cęcos, claudos &c. ac dicere *ſi quis ſitit, veniat ad me.*

Putreſcere cibos, vina aceſcere potius patiantur, quàm ſoli & ſine ſocio vtantur, qui ſociati alijs naturæ & genio liberaliter ſatisfaciunt, & cum temperantiâ, in quorum ego claſſe & naui, adeò eſt hominum ingenium ſociale, ac gregale.

Cicero in Lęlio, ſeu lib. de Amicitiâ. *Hoc maximè iudicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, vt aliquis nos Deus ex hâc hominum frequentia tolleret, & in ſolitudinem vſpiam collocaret, atq; ibi ſuppeditans omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam & copiam, hominis omninò adſpiciundi poteſtatem eriperet, quis tàm eſſet ferreus, qui eam vitam ferre poſſet? cuiq; non auferret fructum voluptatum omnium ſolitudo?*

Ibid. *Verum illud eſt, quod à Tarentino Archytâ, vt opinor, dici ſolitum noſtros ſenes commemorare audiui, ab alijs ſenibus auditum, Si quis in cœlum aſcendiſſet, naturamq; mundi, & pulcritudinem ſiderũ perſpexiſſet, inſuauem illam admirationem ei fore: quæ iucundiſſima fuiſſet ſi aliquem, cui narraret, habuiſſet: ſic natura ſolitarium nihil amat.*

D. Paul. raptus in tertium cœlum tùnc gratior, opinor, fuit, cùm habuit, apud quos de ipſo diceret, *vidi arcana quæ non licet homini loqui &c.*

Imò, *Qui poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici beneuolentiâ conquieſcit* Cic. in Lælio.

Oraculum Dei ipsîus eſt. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Geneſ. non eſt, inquam, bonum non tantum ad ſpeciei conſeruationem per multiplicationem, ſed etiàm ad ſolamen.

Auditum mihi aliquãdò à vetulâ (vxore eius, de quò nùnc loquar) fuiſſe ſenẽ, qui liberis illi nuptias ſecũdas diſſuadere volẽtibus, & rogãtibus, quorsũ vxoriret? reſpõderit, *Ad confabulandũ,* qui tamẽ cõ-

fabulando cũ ſecunda illa nupta confabulatrice, ternos aut quaternos liberos genuit, ex quibus vnum D. Franciſci ordo habuit.

Ita amat omnis homo ſocietatem ſcilicet.

* 2. *Voluptatem* honeſtam. In horto voluptatis recte inſtitutæ nuptiæ. Et neceſſariò ea nuptijs adiungenda, ad Matrimonij onera leuius perferenda, & ad ſpeciei multiplicationem.

Demus matrimonium aliquod excellens & numeris omnibus abſolutum, qualem finxit Plato Remp. ſuam, Cicero ſuum Oratorem, nihil in rerum naturâ eſt quod in hac vitâ delicijs coniugij æquari poſſit.

Illic cõmunia omnia:
1. *Fortuna* proſpera & aduerſa.
2. *Torus*;
3. *Corpora*;
4. *Voluntates*. Erunt duo in carne vna. Vterque, Alteri alter ipſe. *Alter ego*. prou.

* 3. *Adiutorium*. Nàm ibi

Communicatio conſiliorum tutiſſima. Laborum, Curarum, Vigiliarum partitio æquiſſima, & fidiſſima.

Non aquâ, non igni, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quàm mutuo ſolatio coniuges, & auxilio.

Senectutis, Morborum, Inopiæ malis alterius, alter præſidio eſt. *Vbi non eſt mulier, ingemiſcit ager.*

Matrimonium ſecundas res iucundiores, aduerſas verò partiens communicanſqúe leuiores.

Onus vnum duorum humeris æquè incumbens facilius toleratur.

Alter alterius onera portate.

Alter alterum intuens tanquàm exemplar aliquod intuetur ſui.

Abſens in coniuge adeſt; egens, per coniugem abundat; imbecillis valet, & quod difficilius dictu

cre-

Digitized by Google

creditu'q; eſt, mortuus viuit, tantus mortuum honos, memoria, deſiderium proſequitur ſuperſtitis, ex quo defuncti beata mors videtur, ſuperſtitis vita laudabilis.

Res ſemigeſtas à mortuo, ſuperſtes gerit ac perficit.

Non fruſtra dictum; *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.*

* 4. *Hæredes*, qui paruuli parentibus arrident, adludunt, & blandiſſimè paraſitantur.

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.

Ipſorum ludi, ioci, neniæ, nugæ, puerilitates, ſeneſcentium parentum ſunt crepundia, & quædam ludibria, quaſi diuinitùs data ad fallendas vitæ moleſtias.

Ipſi *baculus ſenectutis*.

Ipſi mortuis oculos claudunt.

Ipſi mortuorum viua ſimulacra, per quæ quodammodò æterni ſumus.

Eccli. 30. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vitâ ſuâ vidit & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis. Reliquit enim defenſorem domûs contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.*

Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor
Qui face Dardanios ferroq; ſequare nepotes. Virg. 4. AEn.

Nate mea vires, mea magna potentia ſolus. Idem.

Liberi parentant, & liberationem parentum è Purgatorio omni modo maturant.

Et ſciunt tùm parentes quibus ſudârint, periclitati ſint, genium fraudârint, opum ſtudio.

Sciunt externos neſcio quos non abligurituros pauculo tempore, veterum decora alta parentum: ſudores & algores ſuos tot annorum.

Matrimonium igitur & nuptiæ res iucũdiſſima.

Itaque nec vſquàm alibi maiores ac lætiores ſymphoniæ, aut choreæ quàm in nuptijs.

Tanta coniugum duorum tùm lætitia, vt quilibet propter thori conſortem, *relinquat homo patrem & matrẽ & adhæreat vxori ſua*, relinquat & patriã &c.

Pſal. 44. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.*

Sed, malum! non rarò poſtridie nuptiarum luctus. *Verſa eſt in luctum cythara mea.*

Romanum quendam Patritium ferunt poſtero nuptiarum die cùm iàm ſponsâ vbertim fruitus eſſet, triſtem admodum ac cogitabundum inceſſiſſe, rogatumq; ab amicis & familiaribus eccur ſic eius vultus concidiſſet, quum vxorẽ haberet pulcram, opulentam, nobilem? tibiam extendiſſe ac pedem calceatum oſtendiſſe ac tũ dixiſſe, Calceus, vt videtis, ô amici, meus nouus omninò eſt, pulcer, & ſcitè compactus (ex corio Marochino fortaſſis fuit) at neſcitis qua me parte pedis cruciet, q.d. neſcire etiàm eos ecquid lateret in coniuge, quod ipſum grauiſſimè moleſtaret.

Et neſcio quis aliquandò iocosè dixit expertus & ipſe cruces nuptiales, matrimonium conſtare diebus tantùm diebus lætioribus; Illo nuptiarum primo; altero, obitus die. Primo, quòd ipſo ferè geniales ſunt epulæ, ſponſa recens, noua, inuſitata, natura autem hominum eſt nouitatis auida, & voluptatum omnium principia ferè delectabiliora; Obitûs verò, quoniam mortua beſtia, etiam mortuum venenum, & quià morte coniugis coniunx ſuperſtes manumittitur & deſinit ſeruire ſeruitutem. *Mortui non mordent*. prou.

Nullum cum victis certamen & æthere caſsis.

Quacunq; adſpicias, vndique in nuptijs ſpinæ & an-

anguſtiæ, ab vxoribus & à viris æquè fortaſſis.
Contigit vxor pulcra? at litigioſa fortaſſis.
Pulcra eſt? ſuperba eſt.
Faſtus ineſt pulcris, ſequiturq; ſuperbia formam. Ouid. Faſt.
Pulcra eſt? ſuſpecta eſt.
Lis eſt cum formâ magna pudicitiæ.
Pulcræ appetunt videri, vti docti ſcire
Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ Ouid.
Pulchritudo muta commendatio. Omnibus amabilis.
Cuſtodia rei à multis adpetitæ atq; impetitæ difficillima.
Argus centoculus vix vnius Ius cuſtodiæ ſufficiens.
Draco peruigil vix illum Heſperidum hortum benè cuſtodiuit.
Et Cerberus aliquandò ſopitus medicata frugibus offa.
Deformis eſt? odio eſt, & faſtidio.
Tædioſum quotidie conueſci. & intueri
Monſtrum, horrendum, ingens cui lumen ademtum &c.
Faſtidioſum, hoſti condormire.
Mortua quin etiàm iungebat corpora viuis;
Coniungens manibuſque manus, atq; oribus ora.
Virg. AEneid.
Deformis eſt? formam accerſet per exotica & empta ornamenta.
Baratrum erit crumenæ, & ærarij domeſtici.
Dormiētis cor vigilabit in luxū, in vanitates &c.
Vigilans ſomniabit nouos cultus, viri ſui ſanguiſuga.
Nec miſſura cutem niſi plena crueris hirundo.
Horat. in Arte.

Ab Auguſto ſæpè vocatas ferunt ſanguiſugas, vxorem ſuam ac neptem, ità eum ſummo cum cruciatu penè deuorabant.

Ne dicam parentum à liberorum immorigerorum ſæpè & indiſciplinatorum moribus turpiſſimis, longas & graues cruces.

Beatæ ſæpè ſteriles, & ventres qui non genuerunt.

Themiſtocles adoleſcentior tàm corruptis moribus, vt matrem mœſtitia adegerit ad laqueum.

Itaque coniuges multi nuptias ſuas deteſtati; ſæpè nuptæ viros, & viri nuptas diris deuouerunt, ſed ſerius.

Serò ſapiunt Phryges

Lætarum nuptiarum, proceſſus ſæpè luctuoſiſſimus.

Non ſemper *gaudium magnum omni populo*, nuptarum, maritorum, ſocerum, ſocruum &c.

* 2. *Imperium*: Libertatis.

Imperijs hæc læta & pulcra inſunt:
1. *Libertas*,
2. *Poteſtas*,
3. *Honoraria*,
4. *Tributa*,
5. *Reuerentia*.

* j. *Libertas*, quam omnes affectant.

Non benè pro toto libertas venditur auro.
Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.
Qui Rex eſt, Regem, Maxime, non habeat.

Nulli ſubeſſe, nulli parêre præclarum putant.

Illud *eritis ſicut Dij*, j. liberi, nulli ſubditi Euam perdidit.

Malo (aiebat quidam) ibi primus, quàm Romæ ſecundus.

* ij. *Poteſtas*. Præeſſe alijs, imperare, dare iura, leges figere ac refigere, omnia flectere, orbem nutu concutere, moto digito omnia poſſe.

Dico

Dico huic, veni, & venit; vade, & vadit, aiebat Centurio.

* iij. *Honoraria*, j. gratuita & libera munera.

Honorarium enim indè dictum quòd honoris causâ dabatur, non tanquàm debitum exigebatur.

Cic. in Piſonem. *Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi, qui honorarij? ſiquidem poteſt vi & metu extortum honorarium nominari: quod quum peræquè omnes, tùm acerbiſsimè Bæotij, Byzantij, Cherronenſes, Theſſalonica ſenſit.*

Eſt etiàm apud Iuriſconſultos, munus quod patronis dabatur à clientibus. Patroni enim olim (ſed ſic olim, nùnc aliter à noſtris & æuo noſtro) non exigebant officij ſui mercedem, quòd turpiſſimum ducerent patronum eſſe mercenarium ac velut equum meritorium certo ære cuiuis mercabilem: Clientes tamen vt grati eſſent beneficio, ſponte & pro ſuo arbitrio, munus offerebant quod honorarium vocabant, quoniam magis ad honorandum patronum, quàm ad laboris pretium offerrent.

Budæo, honorarium donum fuit quod Conſulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: qualia hodiè Principibus ſuas primùm vrbes ingreſſis porrigi, veluti benè ominandi gratiâ, ſolent.

Nos vocamus gall. *Ioyeuſe entreé.*

Etiàm ludi, & epulæ ſolennes, honoraria rectè dicentur.

Abbatum mortes, monachorum dedicationes dicuntur noſtrate prouerbio, quod ſucceſſoris inauguratione ampla conuiuia locis pleriſque fiant.

* iiij. *Tributa*, vectigalia &c.

Merces, agri, cibi, potus, domus, panni Regibus ſunt vectigales.

Ab Auguſto ſæpè vocatas ferunt ſanguiſugas, vxorem ſuam ac neptem, ità eum ſummo cum cruciatu penè deuorabant.

Ne dicam parentum à liberorum immorigerorum ſæpè & indiſciplinatorum moribus turpiſſimis, longas & graues cruces.

Beatæ ſæpè *ſteriles*, *& ventres qui non genuerunt.*

Themiſtocles adoleſcentior tàm corruptis moribus, vt matrem mœſtitia adegerit ad laqueum.

Itaque coniuges multi nuptias ſuas deteſtati; ſæpè nuptæ viros, & viri nuptas diris deuouerunt, ſed ſerius.

Serò ſapiunt Phryges

Lætarum nuptiarum, proceſſus ſæpè luctuoſiſſimus.

Non ſemper *gaudium magnum omni populo*, nuptarum, maritorum, ſocerum, ſocruum &c.

* 2. *Imperium*: Libertatis.

Imperijs hæc læta & pulcra inſunt:
1. *Libertas*,
2. *Poteſtas*,
3. *Honoraria*,
4. *Tributa*,
5. *Reuerentia*.

* j. *Libertas*, quam omnes affectant.

Non benè pro toto libertas venditur auro.
Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.
Qui Rex eſt, Regem, Maxime, non habeat.

Nulli ſubeſſe, nulli parêre præclarum putant.

Illud *eritis ſicut Dij*, j. liberi, nulli ſubditi Euam perdidit.

Malo (aiebat quidam) ibi primus, quàm Romæ ſecundus.

* ij. *Poteſtas*. Præeſſe alijs, imperare, dare iura, leges figere ac refigere, omnia flectere, orbem nutu concutere, moto digito omnia poſſe.

Dico

Digitized by Google

Dico huic, veni, & venit; vade, & vadit, aiebat Centurio.

* iij. *Honoraria*, j. gratuita & libera munera.

Honorarium enim indè dictum quòd honoris causâ dabatur, non tanquàm debitum exigebatur.

Cic. in Piſonem. *Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi, qui honorarij? ſiquidem poteſt vi & metu extortum honorarium nominari: quod quum peræquè omnes, tùm acerbiſſimè Bæotij, Byzantij, Cherronenſes, Theſſalonica ſenſit.*

Eſt etiàm apud Iuriſconſultos, munus quod patronis dabatur à clientibus. Patroni enim olim (ſed ſic olim, nùnc aliter à noſtris & æuo noſtro) non exigebant officij ſui mercedem, quòd turpiſſimum ducerent patronum eſſe mercenarium ac velut equum meritorium certo ære cuiuis mercabilem: Clientes tamen vt grati eſſent beneficio, ſponte & pro ſuo arbitrio, munus offerebant quod honorarium vocabant, quoniam magis ad honorandum patronum, quàm ad laboris pretium offerrent.

Budæo, honorarium donum fuit quod Conſulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: qualia hodiè Principibus ſuas primùm vrbes ingreſſis porrigi, veluti benè ominandi gratiâ, ſolent.

Nos vocamus gall. *Ioyeuſe entreé.*

Etiàm ludi, & epulæ ſolennes, honoraria rectè dicentur.

Abbatum mortes, monachorum dedicationes dicuntur noſtrate prouerbio, quod ſucceſſoris inauguratione ampla conuiuia locis pleriſque fiant.

* iiij. *Tributa*, vectigalia &c.

Merces, agri, cibi, potus, domus, panni Regibus ſunt vectigales.

Redddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Matth. 22.

Etiàm capita nonunquàm redimenda.

Iura etiàm mortuæ manus(vt noſtri loquuntur)

Ipſi otiari videntur, non ſerunt neq; metunt ipſi, ſed ipſis ſeritur & metitur ab vniuerſis. Vigeſimus, centeſimus denarius præbetur.

De fiſco quid dicam?

Vndequaq; opes in Regũ æraria certatim cõfluũt,

Et *dantur opes nullis, nunc niſi diuitibus.*

* v. *Reuerentia.* Honorantur, & à proſtratis adorantur.

Ipſorum audito nomine ſolo adſurgitur, capita deteguntur.

Hoſanna ſæpè, & Viuat Rex à populis conclamatur.

Sanitas ac bona Valetudo Regum poculis in orbem propinatis publicè commendatur.

Hæc ſanè pulcra, & ſpecie ſuâ inuitant ad imperiorum adpetitionem.

Hæc faciunt, vt C. aliquis Cæſar in ore ſemper Græcos hos verſus de Phœniſſis habeat:

Nàm ſi violandum eſt ius, regnandi gratiâ
Violandum eſt: alijs rebus pietatem colas. Cic. l. 3. Off.

Ouid lib. 3. Faſt. Amulius æqui contemtor Numitorem fratrem regno expulit, Geminos nepotes ſuos Romulum & Remum, in Tyberim mergi iuſſit. *Iud.* 9. Abi- melech filius Ierobaal(poſt mortem Gedeonis) veniens in domum patris ſui in Ephrâ, fratres ſuos numero 70. ſuper lapidẽ vnũ contrucidauit, excepto minimo qui abſcõditus eſt, regnãdi in Sichen ante legitimos libidine, ipſe ſpurius & natus ex concubinâ.

Ouid. l. 1. Met. *Filius ante diẽ patrios inquirit in annos,*

Abſalon patre viuo ac ſano Regem ſe ipſe in Hebron creat.

Iupi-

Digitized by Google

Iupiter ipſe patrē Saturnum exautorat, relegat.

Lucan.lib.1.Pharſ. *Nec quemquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem, Pompeiuſue parem.*

Emitur nō sēper virtute poteſtas,ſed ambitione, auro,periculo ſuo, cędibus ſæpè innocētiſſimorū.

Et ſæpè malè parta, malè defenditur & conſeruatur.Malæ artes malis artibus ſuccedunt.

Adepto regno, magnum ſæpe eius qui adeptus eſt, gaudium:magni ſæpè populorum adplauſus, adclamationes ludi,læti ignes,conuiuia, tormentorum maiorum exploſiones & iucunda tonitruâ.

Sed ſæpè non ità multò pòſt vtrimq; luctus: & Rex ipſe de populo, & populus ipſe de Rege queritur.*Verſa luctum in cythara* vtriuſque.

Rex demùm luget,viſis { 1.*Odÿs* ſui publicis, aut priuatis; 2. *Periculis* ſuis,& ſuorum; 3. *Curis* multis,ingentibus &c. }

* j. *Odÿs ſui* publicis,aut priuatis.Non poſſunt enim ferè non indignari & odiſſe Reges, improbi, quam eos Reges,etſi quàm iuſtiſſimè,multârint, eiecerint,aut deiecerint &c.

Et ſæpè etiam contingit Reges errare,labi, decipi,hoc & illud decernētem,homines enim ſunt: ac ſic & bonos offendunt, odiaq; nonnunquam incurrunt. Et accidit,aliquos malè præeſſe ac regere, non errore,ſed malitiâ.

Populi ergo Tyrannum aut electum.quæſitumqúe,aut datum quęruntur ac deteſtantur.

* ij. *Periculis.*

Cic.2.Off.*Præclarè Ennius,Quem metuunt, oderunt: Quem quiſq; odit, periſſe expetit.*

Alius quiſpiam; *Multis terribilis, caueto multos.*

Gen. *Manus eius cōtra oēs.& manus omniū cōtra eū.*

Cic. lib. 2. Off. *Malus eſt cuſtos diuturnitatis metus.*

Sen. Trag.*Violēta imperia nemo cōtinuit diu.*

Ti-

Timent timentes; metus in autorem redit.

Egredi vix audent, vix radi, vix condormire vxoribus, vix veſci cibis, vix bibere ſine prægustatoribus.

Metus magnos teſtantur tot ſatellites, tot corporis vnius cuſtodes.

Dionyſius Tyrannus Democli paraſito ſuo coram ſe Regum beatitatem ſupra modum deprædicanti, quòd & ſplendidiſſimè amicirentur, & lautiſſimè epularentur, id oſtendit, quum ex eo quæſijt velletne ſuam cum eo conditionem permutare, & annuentem iuſſit regia purpurâ indui, ac menſæ regifico luxu inſtructæ (ſolis menſam dixiſſes) accumbere, ſed ſupra caput ſedentis ſtrictum enſem de tenuiſſimo filo in regio conopæo ſuſpendi, quo factum vt miſer paraſitus, tamquàm ſi

Virg. 6 AEneid. *Furiarum maxima iuxtà*
Accubuiſſet, manibusq; vetuiſſet contingere menſas,

nihil omninò ſumeret, metuens ne enſis fracto aliquo caſu filo in caput decideret. Itaque maluit ad priſtinum vitæ genus redire, quàm tàm manifeſtum adire vitæ periculum, intellexitq; quod res erat, Regum vitam, fæliciſſimam quidem foris videri, ſed intus periculorum pleniſſimam. *Cic. quæſt. Tuſc. & Valer. Max.*

Et multorum odijs nullæ opes poſſunt ſubſiſtere, quantæ quantæ ſint.

Viſum iampridem ſæpè.

Ad generum Cereris ſine cæde, & ſanguine, pauci
Deſcendunt Reges, & ſiccâ morte Tyranni.

Ex multis ictibus vnus aliquis vel tandem ſcopum ferit.

Interijt aliquis cultello cæſus, literarum tradendarum prætextu.

Alius

Alius itidem cultro in rhedâ ictus inter armatos ſuos, in vrbe populoſiſſimâ, medio pęnè triumpho, proh dolor! & (bone Deus) cur ſic ereptus eſt, quem aliquandò Turcarum flagellum fore ſperabam, &, inſtar Tamerlani Magni, Ottomannidarum Imperatorem captum vinctumq́ per eius oppida capta ducturum?

Platina memorat fuiſſe qui Pontif. Max. intoxicârit in latrinis, porrectâ ei chartâ purgatoriâ.

Extincti quidam etiàm fumo facis ardentis.

Et quò non peruadunt odia perditorum? Senenſis aliquis legitur hoſtiam veneno infeciſſe, atque ità Henricum VII. Imp. extinxiſſe. *Fuſchius lib. 1. de componendis medicamentis.*

Quis neſciat etiàm oculis adſpectuq́ hominum homines extingui poſſe?

An non & oſculis fortaſſe?

Omnia tuta timent.

Et mota ad lunam trepidant ad arundinis vmbram

Vltorem vlciſcetur vltor.

Scribunt in marmore læſi.

An non ſatius (inquiebat Cæſar) ſemel mori, quã viuere cuncta timentem, & ſemper trepidantem?

* iij. *Curis*, multis, ingentibus, dum omnium cura ipſi incumbit.

Curia à curis dicta. Et Gallicè *la Cour* dicitur, quę fortè *la Cure*, meliùs diceretur, ſi latinæ vocis ſono ac ſignificato eſſet reſpondendum.

Reges ſunt magni Curiones, & paſtores populorum, curis magnis, & numeroſis circumſepti.

Mirum Reges poſſe pingueſcere, poſſe ducere ſomnos, non perpetuâ inſomnia vexari.

Non honor eſt, ſed onus. Ouid. lib. Metam.

Antigonus itaque rectè, qui vocauit regnum

ſplen-

ſplendidam ſeruitutem. Ferunt eundem traditum ſibi diadema, priuſquàm capiti imponeret, retentum diu conſideràſſe, ac dixiſſe: *O nobilem magis quàm felicem pannum! quem ſi quis penitùs cognoſcat, quàm multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſerijs ſit refertus; ne humi quidem iacentem tollere vellet*. q. d. etſi in fimo ac ſterquilinio triuiali iacerent coronæ, ſceptra & regna; cuilibet expoſita; nemo tamen ſapiens, vel vnicum ſceptrũ ſibi cęperit. *Valer. Max. l. 7. c. 2.*

Stobæus ſer. 47. paulò aliter narrat, aut fortè aliud: Antigonus, inquit, ad vetulam quamdam, quę fœlicitatem eius extollebat: *Si nôſſes (dixit) ô mater, quantis malis hic panniculus eſſet plenus (oſtenſo diademate) ne in ſterquilinio quidem iacentem tolleres.*

Diogenes id notauit, qui quum fortè Alexander epiſtolam ad Antipatrum miſiſſet per quendam nomine Athliam, fortè tum præſens Cynico j. ſuo more dixit: *Athlius ab Athlio, per Athliam ad Athlium.* Athlius autem Græcè miſerum ſonat, multisq́; laboribus adflictum, vnde & Athletes nomen. Senſit ergò acutus Philoſophus miſeros iſta eleganti verborum colluſione.

Et fortaſſe idcircò Chriſtus coronâ ſpineâ voluit coronari.

Duram ſubiſti prouinciam Demea. Terent.

Itaque aliqui pertæſi principatus Politici, ſacriq́;, illum abdicârunt, magiſtratum omnem depoſuerunt, & priuati deinceps vixerunt.

Diocletianus Iouius Rom. Imp. cũ multis annis in imperio res magnas geſſiſſet, Imperiũ depoſuit, & ruri vitam reliquam egit, non minori libertate, quàm rei familiaris tenuitate.

Similiter & Maximianus eodem die cum ipſo, quem anteà Cæſarem nominârat.

Carolus V. & ipſe Imp. natione Belga, ciuitate Gan-

Gandenſis geſtum 39. annos Imperium abdicauit, & fratri Ferdinando ceſſit, Philippo II. filio cætera, ac deindè in Hiſpaniam reuerſus priuatus in monaſterio biennium vixit, & procul Curiæ negotijs è viuis exceſſit, varijs variè factum interpretantibus. *Ex compendio gallico hiſtoriæ Impp. Romm.*

Etiàm aliquis ex Turcicis Imperatoribus atque ex Ottomannidarum familiâ ità imperium depoſuit, priuatusque in monaſterio ſuperſtitionis ſuæ vixit.

Celeſtinus quoque V. Pontifex Rom. Pontificatu ſe abdicauit.

Itaque non ſemper tàm læti proceſſus in Imperijs, quàm acceſſus.

* 3. *Sacerdotium*; Dignitatis.

Multa ad Sacerdotium iuuitant:
- 1. *Dignitas*;
- 2. *Honores*;
- 3. *Miracula quotidiana*;
- 4. *Opes non partæ labore*;
- 5. *Otia*;
- 6. *Immunitates* &c.

* j. *Dignitas*, qua ſub Deo maior nequit intelligi.

Pſal. *Ego dixi Dij eſtis* &c.

Paritas quædam cum matre Dei, ac velut aliqua ſuperioritas.

Mater enim virgo illum genuit mundo; & Sacerdotes verbis potentibus & Conſecratione.

Sed mater ſemel genuit; Sacerdotes quoties libet.

Mater Virgo Conſecrare non poteſt corpus Chriſti: ipſi poſſunt.

* ij. *Honores*
- 1. *Diuini*,
- 2. *Humani*.

* 1. *Diuini*. Illos operis ſui vicarios creauit.

His ius abſoluēdi à peccatis dedit, quod Dei proprium eſt. *Quis eſt hic, qui etiàm peccata dimittit?*

Vt autem ſciatis quià filius hominis poteſtatem habe-

bet dimittendi peccata ; & Sacerdos filius hominis abſoluit.

D. Hilar. canone 16. in Matth. *Eius terreſtre iudicium præiudicata autoritas in cœlo.*

D. Bernard. ſerm. *Præcedit ſententia Petri ſententiam cœli.*

Clauem auream habet, vt prouerbio dicitur.

Claudit, & nemo aperit.

Si tanti eſt habere clauem auream ſuæ celſitudinis, Bruxellis, quid habere cla[illegible]gni Dei?

Zenonem Cittiæum ſectę [illegible] u[illegible]n parentem ferunt tāti Athenis æſtimatu[illegible] heniēſes ei claues ciuitatis ſuæ cuſtodiendas [illegible]erint, coronâ aurea decorârint, ſtatuam ęream ei poſuerint. *Mauritius Portæus in Epithetis tit. Zeno.*

Sacerdotibus Deus claues cœli credidit: *Tibi dabo claues regni cœlorum* &c. Matth. 16.

Hi claues, hi ſigillum Dei gerunt: Ab his habendæ literæ ſigillatæ, ſi cœlum libet ingredi. Qui non habet, excluditur: qui habet, recipitur.

Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt.

Cùm non ſatis honorantur, cogit Deus miraculis honorari.

Valentinianus Imp. cùm aliquandò adeunti ſe B. Martino non adſurrexiſſet, atque etiam aliquid petentem ſubiratus repuliſſet; ſtatim flammâ à ſolo ſurſum emicante aſſurrexit inuitus. & miraculo perterritus petita conceſſit, multóq; deindè honore afficere Epiſcopos pariter & Presbyteros cœpit. *Seuerus Sulp. Sur. tomo. 6.*

* 2. *Humani.* Honorant enim Sacerdotium omnes probi, fideles, imò & infideles.

D. Antonius ille Magnus Sacerdotibus caput ſubmittebat, ac benedictionem captabat, & magni bene-

Digitized by Google

beneficij loco habebat, cùm acceperat. *Athanaſ. in eius vitâ.*

D. Franciſcus Ord. noſtri legislator dicere ſolebat, *Si cui Sanctorum è cœlo in terram delapſo, & cùm illo ſimul Sacerdoti fortè occurriſſet, priùs ſe ſacerdotis manibus oſculum daturum, deindè reuerenter habiturum ſanctum*; plus illi ſe debere ſignificans, cuius beneficio habere poſſet corpus Chriſti, quàm illi, qui Chriſti beneficio regnaret in cœlo.

Ipſos (inquit) *volo timere, amare, & honorare ſicut meos Dominos: & nolo in ipſis conſiderare peccatum, qua filium Dei diſcerno in ipſis, & Domini mei ſunt.* Ex teſtamento D. Franciſci c. i.

Nulla non natio honorat ſacrificos & ſacrificas.

Veſtalibus Veſtæ ſacerdotibus occurrentibus Rom. Coſſ. faſces ſubmittebant: de viâ declinabãt, reo in ipſarum gratiam vitam dabant, etſi iàm mori parato, & iàm in ſcalis. *Plutarch. in vitis.*

Veſtalibus aliquandò Româ à Gallis Duce Brẽno captâ fugientibus, ijs ſacris, quæ potiſſima tùm habebantur & maxima, ſecum acceptis, & præter fluuium progreſſis, L. Albinus vir de plebe, qui inter fugientes vnus infantes vxoremq́ſuam cum rebus neceſſarijs plauſtro vehebat, cùm conſpexiſſet Veſtales illas ſacra Deûm in ſinibus geſtantes abſque famulis incedere, ac malè habere, ſtatim vxore & liberis de plauſtro depoſitis, ipſas impoſuit, & effugiendi in aliquam Græcarum vrbium occaſionem præbuit. O præclaram pietatem atque honorem etiam aduerſiſſimo tempore demonſtratam! *Plutarch. tom. 1. vit. in Camillo.*

Alexander Magnus ex equo deſcendit Pontificem Iudæorum adoraturus.

Comes aliquis Habſpurgenſis Rodolphus opinor, ex primis Auſtriacæ domûs etiam ex equo ex-

filijt,& Sacerdotem iuſſit aſcendere. Sacrum Chriſti corpus deferentem, quæ res huc honoris & Maieſtatis Auſtriacam gentem prouexit.

His primi accubitus in menſis, primæ cathedræ in Synagogis, in Comitijs prima conſilia.

Prouerbio noſtrate dicitur, *Eccleſia præcedit*. Vox populi, vox Dei.

Druydæ apud Gallos, Magi apud Perſas quanto in honore!

Diximus fuſiſſimè de Magis, in noſtrâ, ARA COELI.

* 3. *Miracula quotidiana*; Conſecratione panem in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti tranſmutare, quotidiè quoties libet.

Ciere Deum ex alto in altare, in manus ſuas.

* 4. *Opes non partæ labore.* *Cuius erunt optima & opima quæq; Iſrael?* 1. Regg.

Erunt Reges nutritij tui &c. Iſai.

Beneficia aut latiniùs Sacerdotia, Oblationes, & decimæ ipſorum ſunt: *Promtuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fætoſæ &c. boues eorum craſſæ.* Pſal.

De altari viuunt, qui altari deſeruiunt.

Geneſ. Sacerdotes AEgyptiorum ære publico alebantur. Cæteris fame intermorientibus & omnes agros diuendentibus, Sacerdotibus liberaliter viuebant, agris etiàm ſeruatis.

Numa Pompilius Rex Rom. 2. qui primus Romæ Sacerdotes Veſtæ ſacrauit, ipſas etiam ſtipendio publico donauit.

Miſsa ſemihorariâ honeſtè viuunt, in quâ (vt vulgò dicitis) & vinum bibunt.

* 5. *Otia.* Non exercent ſe mercaturis, commercijs, nauigationibus, non terrâ, non mari periclitantur mercatorum inſtar.

Ipſis

Ipſis feriæ indictæ. Satis eſt ipſis eſſe piſcatores hominum, ſtudio, Orationibus, & probis moribus.

Etiam ipſis vetitæ negotiationes.

Deus nobis hæc otia fecit.

Cantando, vt dicitis, victum quæritant.

Non vxor, non liberi graues.

* 6. *Immunitates*, à tributis, priſco iure.

Ab armis, ab excubijs (Gall. *ils ne ſont ne guet, ne garde.*) ab hybernis. *Non eſt ruina maceriæ: neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum.* Pſal.

A Iudicijs ſecularibus.

Vno verbo, ſi hæc tantum ſpectes, *Melius nil cælibe vitâ.*

Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Pſal.

Itaque cum gaudio magno aditur Sacerdotium.

Beatulos quoque ſe cenſent parentes, quum Sacerdotem genuerunt,

Sed ſunt quædam quæ auocăt, aut faſtidiũ generare poſſint,
1. *Sanctitatis perpetua neceſſitas*;
2. *Pericula nouorum & magnorum peccatorum*;
3. *Exemplorum bonorum ſtudium*;
4. *Interceſſiones*;
5. *Cælibatus perpetuus*;
6 *Obloquia*. &c.

* 1. *Sanctitatis* perpetua neceſſitas. Sacerdotem enim oportet quotidiè tam ſanctè ad altare accedere, quàm vos annuatim ſemel in Paſchate.

Videtis quantum angimini vos ipſi initiò Quadrageſimæ, Paſchate imminente, quo modo, apud quem confeſſiones faciatis.

D. Dionyſ. Areop. lib. de Eccleſ. hierarch. hortatur eũtes ad hoc ſacrificium, emundari etiam ab vltimis animæ phantaſijs, & ad ipſum accedere per ſimilitudinem quantum omninò fieri poteſt.

Iſai. *Lauamini, mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini, auſer-*

auferte malum cogitationum veſtrarum.

Exod. 3. *Solue calceamenta de pedibus tuis; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.*

Et Panes propoſitionis non niſi à mundis manducabantur.

Non ipſa ſacra Ethnicorum ab impuris tractabantur.

diſcedat ab aris,

Cui tulit heſternâ gaudia nocte venus, ait Tibullus 2. 1.

AEneas, quià cruentas haberet manus hoſtili ſanguine, non eſt auſus ſacra Troiana contingere antè quàm legitimè lotus eſſet, ſed Anchiſæ Patri ſeni & imbelli tantiſper commendauit.

Tu genitor cape ſacra manu (inquit) *patrioſq; penateis.*

Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti.
Adtrectare nefas, donec me flumine viuo.
Abluero. Virgil. 2. AEneid.

In ſolâ Miſſæ actione puritas ſumma Sacerdoti neceſſaria triplici adſpectu, Conſecrationis ſc. Adtrectationis conſecratarum rerum, & Sumptionis. Ad earum enim trium rerum quamlibet, ſtatus gratiæ haud dubiè eſt neceſſarius.

De ſumptione nemo dubitat.

De Conſecratione, & Adtrectatione probatum aliquo iàm modo.

Adde; nulla miniſteria ſacrorum Ordinum poſſe, in ſtatu peccati mortalis, ſine nouo peccato exerceri.

Qui in ſordibus eſt, ſordeſcit adhùc.

Tanta puritas hùc neceſſaria, vt ipſe D. Franciſcus Legislator noſter ſe ſemper Sacerdotio indignum iudicans, nunquàm illùc promoueri voluerit, ſoloq; diaconatus officio contentus vixerit.

Quan-

Digitized by Google

Quanta igitur Sacerdotes decet puritas, ſi Franciſcus ſuam non ſufficere opinatus eſt? *Va nobis*, Fratres & ſocij, *va nobis*.

* ij. *Pericula* nouorum peccatorum, quà ab precum Canonicarum omiſſione, tranſpoſitione, lectione intempeſtiuâ, incuriosâ &c.

Quà ab indignâ celebratione, & ſumtione Euchariſtiæ, & hinc maximè.

Peccatum enim illud par Chriſti crucifixioni.

1. Cor 11. *Quicunq; manducauerit panem hunc vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.*

Ibid. *Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

Cogita, quantoperè aduerſus Iudam indignaris.

Cogita, quàm dolenter viderit Pater è cœlo & throno ſuo Iudæos in filium ſuum ſæuientes, conſpuentes, virgantes, crucifigentes, irridentes, lancinantes &c. quàm paratus fulminare carnifices illos in monte Caluariæ.

Quàm parùm abfuerit, quin terram iuſſerit dehiſcere, & ipſos abſorbere viuos ſanosq;.

Terram commouit, Solem obſcurauit, ſaxa comminuit &c. præ indignatione tanti ſceleris.

Cogita, quàm adflixerint illa matrem adſtantem: *Stabat mater doloroſa &c.*

Et tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit, dixerat bonus ille ſenex, tempus illud ac ſcelus proſpectans.

Cogita, quàm indoluerit totus tùm exercitus Angelorum, quàm ægrè continuerint manus, ne vlciſcerentur Dominum ſuum indigna patientem.

Angeli pacis amarè flebant.

Sic ergò Pater, Materq;, & Angeli tibi, ô Sacerdos, indignantur, quoties in tuo monte Caluariæ, id

Digitized by Google

id eſt, in altari profanis manibus, & in peccatis immolas, tractas, & ſumis agnum eundem immaculatum.

Fratres mei, ſic accipite, ità eſt; Quoties Sacerdos accedit altare Miſſam facturus, toties adit vel digniſſimum & ſanctiſſimum opus facturus, vel ſummum ſcelus patraturus, pro Conſcientiæ ſuæ qualitate: ſanctiſſimum opus, ſi mundus eſt; ſummum ſcelus, ſi immundus.

Si mundus eſt, immolat Chriſtum, vt quondam Pater *qui ſic dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*; vt Filius ipſe qui in mortem *dedit dilectam animam ſuam in manus inimicorum eius*; vt Mater Virgo, cui gratum fuit, ſemen ſuum ſic ſerpentis caput conterere; & ſic charitas eſt.

Si immundus, ita Chriſtum immolat, & tractat vt Iudas &c. & ſumma barbaries eſt, ac ſcelus opinione ac fide veſtrâ maius.

Quid? poſt oſcula, poſt contactum meretricis heſternâ nocte; eodem ore, ijſdem manibus auſit quiſpiam poſtero die contingere oſculari, & ſumere agnum illum à puritate ita dictum, puriſſimum, Virginem & filium Virginis?

Exod. 12. Iſraëlitæ agnum illum Paſchalem non niſi renibus accinctis comedere iubebantur.

Comeſtio panum propoſitionis munditiem, maximè à mulieribus, exigebat. 1. *Regg.*

Sacerdotes vet. legis quamlibet legitimè vxorati eſſent, tamen ordine ſuo ad ſacrificandum recurrente, ab vxorum latere diſcedere iubebantur. Et nunc ritè coniugatis conſulitur tantiſper ab vſu coniugij abſtinere, ob communionem.

Sacrificia quoque ipſa Paganorum pleraque caſtos myſtas poſtulabant.

Caſta placent Superis. Tibull. 2. 1.

Quid.

Ouid.lib. 2. Faſt. Vox eſt Dianæ ad Caliſto iam defloratam: *Cui Dea, virgineos periura Lycaoni cœtus*
Deſere, nec caſtas pollue, dixit, aquas.

Idem lib. 3. Faſt. *Syluia fit mater, Veſtæ ſimulacra feruntur,*
Virgineas oculis oppoſuiſſe manus.
Ara deæ certè tremuit, pariente miniſtrâ.

Idem lib. 6. Faſt. loquens de Veſtâ, & Veſtalibus virginibus eius miniſtris. *Quid mirum, Virgo ſi virgine læta miniſtrâ.*
Admittit caſtas in ſua ſacra manus?

Theodoretus lib 12 curat. græc. affect. Theanus Pythagoricæ reſponſum huc facit, quæ aliquandò interrogata, quoto die mulieri liceret à complexu viri ſacris Cerealibus intereſſe, ſtatim licere dixit ei, quæ à proprio viro diſceſſerit; quę autem ab adultero, licere nunquam.

Adde, & peccata Sacerdotum cæteris paribus maiora peccatis reliquorum.

D. Bernard. de conſiderat. ad Eugenium: *Nugæ in ore ſecularis, ſunt nugæ: in ore Sacerdotis, blaſphemia. Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.*

* iij. *Exemplorum* bonorum ſtudium. *Vos eſtis ſal terræ, lux mundi* &c.

D. Gregor. homil. 17. in Luc. c. 10. *Curare namq; Sacerdoti neceſſe eſt, quæ ſingulis dicat, vnumquemque qualiter admoneat: vt quiſquis Sacerdoti iungitur, quaſi è ſalis tactu æternæ vitæ ſapore condiatur.*

Ibid. *Nullum puto, fratres chariſſimi, ab alijs maius præiudicium, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus: quandò eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla prauitatis cernit: quandò ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus.*

Debet Sacerdos viuum omnis Virtutis eſſe ſimulacrum.

Lucerna ardens, & lucens.

Debet eſſe totus vox, vox in victu, vox in cultu, vox in inceſſu &c.

Ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

* iiij. *Interceſſiones. In his conſtituitur quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis* &c.

Debet eſſe interceſſor, mediator Dei & hominum exemplo Chriſti, & alter quidam mundi pereuntis Saluator.

Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & præterea Sacerdotes.

Hùc aluntur ære publico, Sacerdotijs opimis, decimis, oblationibus &c.

Beneficium adſpectu & ſpe Officij confertur ab inſtitutoribus.

Cic. lib. 2. Off. *Deos placatos pietas efficiet, & ſanctitas.*

D. Bernard. de colloquio Simonis & Ieſu: *Venient ante tribunal Chriſti. Audietur populorum querela grauis, accuſatio dura, quorum vixêre ſtipendijs, nec diluêre peccata, quibus facti ſunt duces cæci, fraudulenti mediatores.*

Fur eſt patronus ille, qui acutûs pecuniam clientis ruſtici accipit, & cauſam negligit.

Fur miles ille, cui ſtipendia numerantur, & in otio viuitur.

Quid verò, ſi vel patronus clientem, vel miles Regem aut populum prodiderit?

Quid ſi Sacerdos non tantùm raro ſacrificat, & rarò placat; ſed etiàm quià malè indigneq; ſacrificat, & orat, oratio eius fit in peccatum?

D. Bernard. ſerm. 1. ad Clericos. *Irritant planè & infectum reddunt ſibi* (Deum) *vereor ne & his, quibus eum propitiare debuerant.*

* v. *Cœlibatus adiunctus*. graue iugum profectò, etſi congruentiſſimum.

Numa

Numa Pompilius Veſtalibus ſuis virginitatem quoque adſtrâgrat.

Quanto oblectamento ſe priuent Sacerdotes, ex veſtro bono æſtimate.

Quàm grauis perpetua caſtitas, vel indè iudicate, quòd omnes ferè ad nuptias confluunt, & coniuge excedente, ſunt qui ad tertias & quartas etiàm nuptias tranſeunt.

* vj. *Obloquia* Sacerdotes omnes quamlibet priuati, ſunt quodam modo Epiſcopi, j. ſcopus ſurſum poſitus in quem omnes, vt in Solem & ſcopum oculos & linguas velut tela conuertunt. Rimantur omnia: omnia expiſcantur.

Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.

Verba & ſyllabas ipſorum omnes notant, etiàm intentiones voluit interpretari.

Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

Solus viuit ac ſine ancillâ? aut auarum dicent & ſordidum, & Timonem oſorem hominum ac totîus humanitatis.

Ancillam domi habet? habere dicent Dominam, & concubinam.

Arridet vrbanè occurſantibus? dicent oſculari. Oſculum alicui ſanctum & charitatis dedit, dicent eſſe libidinis, & præludium conſummandæ voluptatis. (prou. Gall. *qui touche il ioue.*)

Iuuat ſuos eleemoſynis liberalioribus? dicent malè vti Crucifixi patrimonio.

Non iuuat? Tenacem, barbarum, ac Turcam adpellabunt.

Celebrat expeditè, vt quidam etiam valdè pij ne falſis ludantur imaginibus, dùm morantur? Curſorem dicent, & idoneum Venatorum Sacellanum.

Celebrat moroſiùs, vel religione, vel alijs occulta occaſione, quales multas plerique etiam magni

Lucerna ardens, & lucens.

Debet eſſe totus vox, vox in victu, vox in cultu, vox in inceſſu &c.

Ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

* iiij. *Interceßiones.* *In his conſtituitur quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis* &c.

Debet eſſe interceſſor, mediator Dei & hominum exemplo Chriſti, & alter quidam mundi pereuntis Saluator.

Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & præterea Sacerdotes.

Hùc aluntur ære publico, Sacerdotijs opimis, decimis, oblationibus &c.

Beneficium adſpectu & ſpe Officij confertur ab inſtitutoribus.

Cic. lib. 2. Off. *Deos placatos pietas efficiet, & ſanctitas.*

D. Bernard. de colloquio Simonis & Ieſu: *Venient ante tribunal Chriſti. Audietur populorum querela grauis, accuſatio dura, quorum vixêre ſtipendijs, nec diluêre peccata, quibus facti ſunt duces cæci, fraudulenti mediatores.*

Fur eſt patronus ille, qui acutûs pecuniam clientis ruſtici accipit, & cauſam negligit.

Fur miles ille, cui ſtipendia numerantur, & in otio viuitur.

Quid verò, ſi vel patronus clientem, vel miles Regem aut populum prodiderit?

Quid ſi Sacerdos non tantùm raro ſacrificat, & raro placat; ſed etiàm quià malè indigneq; ſacrificat, & orat, oratio eius fit in peccatum?

D Bernard. ſerm. 1. ad Clericos. *Irritant planè & infectum reddunt ſibi* (Deum) *vereor ne & his, quibus eum propitiare debuerant.*

* v. *Cœlibatus adiunctus.* graue iugum profectò, etſi congruentiſſimum.

Numa

Numa Pompilius Veſtalibus ſuis virginitatem
oque adſtrigrat.

Quanto oblectamento ſe priuent Sacerdotes, ex
ſtro bono æſtimate.

Quàm grauis perpetua caſtitas, vel indè iudica-
, quòd omnes ferè ad nuptias confluunt, & con-
ge excedente, ſunt qui ad tertias & quartas etiàm
iptias tranſeunt.

* vj. *Obloquia* Sacerdotes omnes quamlibet pri-
ati, ſunt quodam modo Epiſcopi, i. ſcopus ſurſum
oſitus in quem omnes, vt in Solem & ſcopum o-
ulos & linguas velut tela conuertunt. Rimantur
mnia: omnia expiſcantur.

Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.

Verba & ſyllabas ipſorum omnes notant, etiàm
ntentiones voluit interpretari.

Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

Solus viuit ac ſine ancillâ? aut auarum dicent &
ſordidum, & Timonem oſorem hominum ac to-
tîus humanitatis.

Ancillam domi habet? habere dicent Domi-
nam, & concubinam.

Arridet vrbanè occurſantibus? dicent oſculari.
Oſculum alicui ſanctum & charitatis dedit, dicent
eſſe libidinis, & præludium conſummandæ volu-
ptatis. (prou. Gall. *qui touche il ioue.*)

Iuuat ſuos eleemoſynis liberalioribus? dicent
malè vti Crucifixi patrimonio.

Non iuuat? Tenacem, barbarum, ac Turcam
adpellabunt.

Celebrat expeditè, vt quidam etiam valdè pij ne
falſis ludantur imaginibus, dùm morantur? Curſo-
rem dicent, & idoneum Venatorum Sacellanum.

Celebrat moroſiùs, vel religione, vel aliis occul-
ta occaſione, quales multas plerique etiam magni

habent tantæ moræ ſuæ? dicent aut hypocritam, aut ſcrupuloſum, aut ceræ inanem conſumtorem.

Fiat, inquiunt, *Miſſa breuis, prandia longa ſatis.*

Lapſus eſt quo quo modo Ebrietate, Irâ, aut fortè (quod abſit) luxuriatus eſt? in ore erit omni populo. *Proximus ante diem caupo ſciet.* Iuuenal.

Lippis mox & tonſoribus notum erit, *ac pueris qui nondum ære lauantur.*

Ac quidem è muſcâ facient elephantem. *Fama vires acquiret eundo.* Virgil. 4. AEneid.

Sicut populus, ſic Sacerdos inquient: Et melius etymologiam hanc dari, vt presbyter dicatur quaſi præ alijs bibens ter, quàm alijs præbens iter, cum Roberto Holkotio quem vide lect. 49. in Sap. Salom. cap 4.

Pſal. *In me pſallebant, qui bibebant vinum.*

Pſal. *Factus ſum illis in parabolam.*

Epigrammata & Paſquillos (quos vocant à Paſquino, marmoreo illo ſtante Romæ ſimulacro inhoneſto vulnere nares truncato) component totâ vrbe in popinis, in tonſtrinis, in medicinis cantandos, his ſimiles aut nequiores.

Sole tamen vinoq́ calent, annosq́ precantur,
Quot ſumunt cyathos, ad numerumq́ bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos,
Quæ ſit per calices facta Sibylla ſuos.
Illic & cantant quidquid didicêre theatris,
Et iactant faciles ad ſua verba manus,
Et ducunt poſito iunctas cratere choreas,
Cultaq́ diffuſis ſaltat amica comis.
Cùm redeunt, titubant, & ſunt ſpectacula vulgi,
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit nuper, viſa eſt mihi digna relatu
Pompa, ſenem potum pota trahebat anus. Ouid. lib. 3. Faſt.

Moria

Moria, & Lingua Eraſmi, & Iambus Archilochius in Lycamben fuerint eorum dicterijs in Sacerdotem lapſum tolerabiliores.

Vtres ſeu ventres vocant, *dolia ſeu dolos.*
Curant, non aras: non vera ſed æra:
Non æquum ſed equos: non opus, ſed opes.
Libras non libros relegunt: parentq; monetæ,
Non monitis; precio, non prece, quemq; iuuant.
Non alia rectare, ſed alea norunt:
Plus in Salmone quàm Salomone legunt; quos verſiculos ex Britone recenſet Holkotius vbi ſupra in Sacerdotes degeneres.

Fulgentiora ſunt quorundã auro calcaria, quàm altaria; & mundiora menſæ mantilia, quàm ſacra altaris corporalia, purificatoria &c.

His ac ſimilibus inſultat popellus Sacerdoti, ſi quid humanitùs peccet. *In me pſallebant qui bibebant vinum.* Pſal. *Factus ſum illis in parabolam.*

Hæc ergò dum quidam experiuntur, quæ ante Sacerdotium non præuiderant, graui dolore cordis intrinſecus feriuntur, ac magno vellent non eſſe quod ſunt.

Et miſer Epiſcopus, qui ordinauit, ſecum ſæpè aut cum Deo; *Pœnitet me feciſſe eos*. Vellet ſi poſſet delere characterem ordinis, quacumq; ſpongia.

Rachel Eccleſia *plorãs filios ſuos noluit conſolari, quia non ſunt*, quod dicuntur, & quales eſſe oporteat.

Quem putabat natum Saluatorem mundi, experitur deſtructorem.

Quem paſtorem ſperauit, lupum ſentit, & Ouem lupo commiſſam dolet.

Iſai. *Multiplicâſti gentem, ſed non magnificâſti lætitiam.*

Pauciores optet, ſed meliores. *Vnum, ſed leonem.* Sacerdotiorum ſeu Beneficiorum liberales fundato-

datores,opes ſic relictas deplorant, ſpe ſuffragiorum ſic eluſa.

Aliquis deceptum ſe ait ſimili voce, *Munus quodcunq, ex me tibi proderit* &c.

Alius illud Ennij cum lachrymis & ſingultibus eructat; *Benefacta malè locata, malefacta arbitror.* Cic lib. 2. Off.

Parentes ipſi maledicunt fortè viſceribus quæ genuerunt,& diris deuouent vbera, quæ tales futuros lactauerunt; dicunt beatos ſteriles; qui alioqui audire ſperabant, *beatus venter, qui te portauit &c.*

Benedictus fructus ventris tui.
Quæ te tàm læta tulerunt
Sæcula? qui tanti talem genuêre parentes? Virgil. 1. AEneid.

III.

Vti de Sacerdote bono creato gaudendum toti Reip. ſic triſtandum de malo.

Et profectò, quemadmodum *gaudium eſt omni populo*, Superis, Inferis, Medioximis creato nouo Sacerdote,quaſi quodam nato Saluatore, vndè & mater Eccleſia Indulgentias confert auditoribus primitiarum noui ſacerdotis : quiuis è populo quamlibet Iro pauperior nummulum offert,& penè prandia in ſemitis decimæ nomine, populari largitione conſtituuntur: Organa vocibus humanis adiuta lætius ſonant; Muſica vim ſuam oſtentat.Campanarum omnium bombi & boatus, turres ipſas pænè concutiunt, & omnia lætitiam quà poſſunt teſtantur,& ad illam hortantur : ità contrà cùm nouus Sacerdos degenerat, ac perditè viuit, triſtandum vniuerſis,Viuis, Mortuis iam beatis, & alijs adhuc Purgatorio clauſis, imò Deo ipſi,ac toti Cœli militiæ.

D. Gre-

Digitized by Google

D. Gregor. ſup. *Nullum puto, fratres chariſſimi, ab alijs maius praiudicium* &c.

Horrent Triumuiri æterni & Angeli ad eius ſacrificium, vt nos ad inuſitatam hominis innocentiſſimi lanienam, aut vt veteres olim ad mulierem ob falſum adulterij crimen ſepties (ſed ſemper inaniter) ictam. D, *Hierony. ep. ad Innocentium de muliere ſepties ictâ & mirabiliter conſeruatâ.*

Quantum in ipſis eſt, iterùm filium Dei crucifigunt.

Vt in mulieris illius inaniter ictę ſpectaculo, *tandem ad fœminam vindicandam populus armatur. Omnis ætas, omnis ſexus carnificem fugat, & cœtu in circulum coeunte, non credit penè vnuſquiſq; quod videt* (vt ibidem loquitur Hieronymus) ſic cœleſtium legionum populus indignabundus, vix ſe tenet, quin carnificem Chriſti Domini communis fugent, necent, perdant.

Dei Patris, Matriſq; Virginis indè dolorem, atq; iram non magis Timãtes pictor expreſſerit, quàm olim Agamemnonis patris luctum, cùm ſtaret ad aras Dianæ pacifica hoſtia ſub cultris peritura. Velari vultus ſatiùs eſt, quàm lachrymas & rictus pingi.

Omne caput languidum, & omne cor mœrens, ſacrificante impio Sacerdote, vt operante carnifice, vt lupo balantem adhuc ouem laniante, atque euiſcerante.

Penè tremit terra, pænè ſaxa dirumpuntur, vti Chriſto moriente.

Penè *monimenta aperiuntur*, & *ſurgunt corpora Sanctorum*, vt tollant agnum illum de manibus impij, quaſi de lupi faucibus, & ab altari extrudant.

Non ſuſtinent in Miſſa tractari hodiè Chriſtum eâdem manu, qua heri in menſa tractata ſunt anonyma meretricis.

Rin-

Digitized by Google

Ringuntur eodem ore ſacrari, ſumi Virginem filium Virginis, Virginitatis totiusq; puritatis autorem, quo verba ne Alexandrinis quidem ferendâ delicijs, iàm iàm propinata auribus neſcio cuius impuræ Veneris, oſcula Sapphicis & Catullianis nequiora, accepta, rapta, data impuriſſimo ori fœdiſſimæ ſuis mulierem mentientis.

Flent omnes Probi qui vitæ eius conſcij, vident ſacerrima profaniſſimè profanari.

Dari infirmis anſam de veritate myſteriorum fidei noſtræ principum dubitari.

Argutari enim ita infirmos poſſe; Aut indè abeſt Deus, quem adeſſe & ineſſe Catholici adfirmant, Caluiniſtæ negant; aut ſi adeſt, non tam ferus eſt atque iratus indignè manducantibus, quàm occinunt quotidiè Concionatores auribus communicaturorum.

Nam ſi adeſt atq; ineſt, quo modò tam impudenter atq; audacter iſta audet Catholicus Sacerdos?

Si iraſcitur indignè manducantibus, quid ceſſant eius fulmina in tam indignum Sacerdotem?

An fortè, & adeſt, & iraſcitur, & velit vlciſci, ſed abbreuiata eſt aut impotens manus Domini Omnipotentis, vt vocamus?

Anguſtiæ vndique infirmis à talibus auſis.

Væ homini illi per quem ſcandalum venit.

Nota interim (popellule mi) ſacrificium Miſſę ab impio non minùs gratum Deo, quàm à ſanctiſſimo, qua Sacrificium eſt, & nouæ legis Sacramentum eſt.

Christus eſt qui baptizat, qui conſecrat, qui ſacrificat &c.

Victimæ impiorum abominabiles, ita eſt ſed qua ipſorum ſunt illæ, non qua Chriſti ſunt & Eccl.

Digitized by Google

I FESTO ANNVNTIATIOnis B. Mariæ Virginis. Landraci hora 9. 16.3. 25. Martij.

Thema. *Benedicta tu in mulieribus.* Luc. 1.

Tinam Auditores, gratiâ plenus ſim, ad gratioſè pleneq; dicendum, de Matre-Virgine iâ plenâ!

tinam Spiritus ille Sanctus ſuperu niat in me, la Virtus Altiſſimi obumbret hodiè mihi, quæ iæ dicitur hodie obumbrâſſe ad conceptum i Filij, vt concipiam & pariam digna tali matre. lioquî, etſi mihi adſit gratia tota Ciceronis, & nt ſpiritus illi Demoſthenis vehementes, non quidquam dignum tali Reginâ elocuturus.

uod olim Virgilius aiebat de pœnis Inferni multis, tam ingentibus, hoc egò de tot gratijs is Virginis meritò dixerim;

irgil. 6. AEneid. *Non mihi ſi lingua centum ſint ocentum,*

Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

Non ille pœnas illius loci, non dico ornare, ſed enumerare quidem poterat; nec ego huius ginis gratias, non dico illuſtrare aut amplificaed nec obiter recenſere poſſim.

pe tamen gratiæ Dei ac Spiritus ſancti fretus, cula de multis dicere, aggrediar.

iq; hoc ipen- & or- ; & o- dam

1. *Quàm ſit benedicta Mater-Virgo inter mulieres;*
2. *Quam ſit benedicta etiã inter viros & Angelos, imò & inter perſonas Trinitatis;*
3. *Quàm ſit benedicta inter omnes omninò rationales ſubſtantias.* AVE.

I. *Quàm*

I.

Quàm ſit benedicta Mater-Virgo inter mulieres.

Cùm dixit Legatus iſte ſacri Triumuiratus Angelus Gabriel(Auditores) B. Mariam Virginem ad quam quaſi pronubus& paranymphus miſſus eſſet benedictam inter mulieres magnum aliquid ſanè dixit, pluſqúe aliquid intelligi voluit quàm dixit.

Dixit illam vnam dotatam bonis omnibus, quæ per partes cæteris ſint diſtributæ.

Dixit etiam illam priuilegiariam, exemptamqúe ſeu liberam ab omnibus illis malis culpæ ac pœnæ, quibus mulieres cæteræ omnes aut ferè omnes dehoneſtentur.

* 1. *Secretorum* ergò *indices* vulgò vocant mulieres,& aiunt nihil poſſe reticere, atq; idcircò Deum meritò illis Confeſſionis ſacræ ſigillum non credidiſſe.

M. Cato illud ſæpê in vita ſe pœnituiſſe dixit, ſi quid arcani fœminæ credidiſſet. Eſt quippe loquaciſſimum animal mulier, non facilè retinens ea quę in aurem dicta ſunt. Plutarch. in Catone.

Sed benedicta tu in mulieribus ô Maria, quæ particeps hodie & miniſtra effecta es maximi ſecreti, Incarnationis ſc. Dominicæ.

Secretum illud erat ſecretum ſecretorum Dei, non quo ad ſubſtantiam operis (nàm iàm illud omnes fideles fore credebant, & fide futuri ſaluabantur, Prophetæ omnes multis & multoties de illo prophetabant, figuræ multæ adumbrabant &c.) & Deus ipſe de illo, ad ſerpentem prædixerat *Inimicitias ponam* &c. ſed quo ad indiuiduum & ad perſonam, id eſt quo anno, quo die is naſceretur, & quis ille eſſet, ignorabatur.

Et ignorari oportebat, ne operi redemptionis dæmon reſiſteret.

Et

Digitized by Google

Et illum multis tegebat Deus, vt hamum piſcator vermibus vt fallat piſces.

Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.

Quæ nimis adparent retia, vitat auis.

Idcircò de deſponſata virgine naſci voluit non etiam ante deſponſationem, etſi iampridem eadem virgo huc delecta eſſet.

D. Ambroſ. lib. 2. in Luc. in initio. Ex cæteris factis atque præceptis Domini Saluatoris poſſumus intelligere, & hoc propenſioris fuiſſe conſilij, quòd ea potiſſimum electa eſt vt Dominum pareret, quę erat deſponſata viro. Cur autem non antequam deſponſaretur, impleta eſt? Fortaſſe ne diceretur quòd conceperat ex adulterio.

D. Hierony. lib. 1. comment in c. 1. Matth. allatis tribus eius rei cauſis addit: *Martyr Ignatius etiam quartam addidit cauſam, cur à deſponſatâ conceptus ſit: Vt partus inquiens eius celaretur Diabolo, dum eum putat non de virgine, ſed de vxore generatum.*

Vt perſona eius cęlaretur natus eſt pauper ex paupere, paupere tuguriolo &c.

Ego ſum vermis & non homo. Vermis ad occultandum hamum diuinitatis.

Fugit Multa tulit fecitq; puer ſudauit & alſit.

Eſurijt, Fatigatus ſedit &c. ne putaretur qui erat

Huic virgini vni res tota hodiè credita eſt, quia credita eſt fidelis, ſecreta, ſigillatum os habens.

Si D Bernardus homil. 2. ſup. Miſſus eſt, prope finem, magnæ laudi tribuit marito eius Ioſepho & meritò quidem multa huius rei ſciſſe his verbis. *Iſti* (Ioſepho ſc. Euangelico) *Datum eſt conſcium fieri atque participem cæleſtium Sacramentorum*: Magis laudanda hæc virgo, quæ plurium & maiorum nō ſolum particeps fuit, ſed & miniſtra Nec fuit vt gallina crocitans & prodens ouum recenter excluſum.

ſum. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.*

Ariſtoteles interrogatus quid in vitâ eſſet difficillimum, reſpondit, *Tacere, quæ dicenda non ſunt.* Stob. ſerm. de arcanis.

* *Benedicta iterum tu in mulieribus*, quòd cùm mulieres ſint multiloquæ, ipſa valdè pauciloqua, & ad verba ſingula, ſingula edens miracula aut admiranda.

Mulierculæ non ſtuduerunt in ſchola Pythagoræ quinquennali ſilentio.

Mulierculæ ſi ſe Iſocrati formandas darent, minerual duplex pendere oporteret, alterum vt loqui diſcerent; alterum, vt tacere.

Iſocrates enim, cum locutuleius quidam nomine Caræon, in diſciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedem poſtulauit. Illi verò cauſam poſtulanti, dixit: *Alteram quidem peto, vt loqui diſcas; alteram autem vt tacere.* Stob. ſer. 36. Maximus Tyr. ſer. 47.

Quemadmodum hirundines perpetuò garritu voluptatem quæ ex ipſarum familiaritate caperetur perdunt: ſic ſæpe mulierculæ quædam iucundæ alioqui futuræ viris & maritis, aures illis obtundendo moleſtæ ſunt.

In Maria autem nihil tale, ſed multum ſilentium.

Diceres Pythagoræ, aut Anacharſidis digito labellum ſemper compeſcentis filiã aut diſcipulã.

Illud parentis ſui Dauidis votum ſæpè ruminabat. Pone cuſtodiam ori meo & oſtium circumſtantiæ labijs meis.

Obmutui & ſilui à bonis.

Mater Verbi Æterni futura valdè pauciloqua.

Qua-

Quater tantum locutam lego in quatuor Euan-
iſtis (etſi dubio procul pluries locutam non am-
go) ſed idcircò tam rarenter locutam memorãt,
intelligeres pauciloquam, & diſcerent eius ex-
mplo mulieres pauciloquentiam.

Sed & in paucis eius verbis totidem miracula.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

* j. *Loquuta* hodiè cum Angelo Dei Legato de re
mma.

Miraculum autem ingens mox conſequutum.
Mox enim vt dixit Ecce ancilla Domini, fiat &c.
erbum caro factum eſt.

Mox verus perfectusq; homo Deo coniunctus
eſt, talis, qualis è cruce poſtea pependit, non vti nos
per interualla.

* ij. *Loquuta*, cùm ſalutauit Eliſabeth vocaliter
haud dubiè, ſed quibus verbis, textus non habet.

Et ecce miracula mox multa, in matre, in fi-
lio.

Prophetant matres ſpiritu paruulorum.

Vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis
exultauit in gaudio infans in vtero meo.

Peruidet trans duorum vterorum parietes, &
agnoſcit Deum ſuum incarnatum; adorat: accipit
Spiritum S. quo purgatur, & prophetat puer ſeme-
ſtris.

* iij. *Loquuta*, perdito primum, deinde inuento
imò reperto filio duodenni in templo, poſt ma-
iores curas quàm fuere olim Cereris raptam
Proſerpinam filiam veſtigantis: cum dixit: *Fili
quid feciſti nobis ſic?*

Et ecce miraculum. redijt, & ecce &c. erat ſub-
ditus illis. Quis? quibus? Deus, Hominibus, qui alias
omnia quæcunque voluit fecit, in cœlo & in terra.

* iiij. *Loquuta*, in Cana Galileæ in nuptijs

dicens: Vinum non habent &c. & ſeruis imperat obedire filij verbis.

Et ecce mox aquæ in vina conuerſæ.

Benedicta ergò *tu in mulieribus.*

* *Benedicta* iterùm *tu in mulieribus.*

Mulieres auent virgines manere, & matres eſſe ſi ſic poſſint.

Mulieres auent concipere, & ſi poſſint, parere cum pari voluptate.

Mulieres vet. olim teſtamenti omnes auebant Meſſiæ huius matres eſſe, & quæuis huc adſpirabat & ſperabat, quæ auiditas & ſpes tam raram faciebat tunc virginitatem, tam frequentia matrimonia, quæ nunc in frequentem virginitatem tranſiêre propter aduentum Chriſti, & nullam ampliùs ſpem illîus generandi qui iampridem natus eſt.

Pro re magnâ Abraham & Dauid habuére promiſſum Dei, quòd ſaltem ex eorum ſtirpe naſceretur.

Hæc vna mulier Maria Virgo quæ nihil tale nec ſperabat, nec adſpirabat indignam ſe rata præ modeſtiâ, imò iam virginitatem vouerat huic bono aduerſam, Virgo manet, & fit mater, & mater illius quem generare omnes antè optauerant.

Defertur ei hîc honos non petenti, non affectanti, non ſperanti, non cogitanti.

Deus ipſe Virgunculæ per Legatum fit ſupplex, vt amari & honorari ſic ſe ſinat, vt aulam vteri ſui virginei tantis nuptijs commodet.

Et quidem ſine dolore, & ſordibus; imò & cum ingenti voluptate, retrogrado more cæterarum mulierum.

Dicitis ferè. O vos omnes qui tranſitis per viam adtendite & videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus! *Ierem.*

Cla-

Clamores quos editis aliquandò maximè miſerandos inaudimus.

Nec tamen idcircò tantos veſtros partuum dolores crederemus, niſi in Euangelijs & ſcripturis ſanctis legeremus.

Mulier cùm parit triſtitiam habet.

Edictum Dei eſt. In dolore paries filios tuos.

Quin etiam cum dolores aliquos ſcriptura exaggerat, partus doloribus ferè comparat.

Ibi dolores vt parturientis.

Apud Inferos damnati quaſi continuis partus doloribus diuexantur : in perpetuo velut partu ſunt.

Hæc vna ſine dolore puerpera.

Sedulius. *Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.* Phænix.

Benedicta ergò *tu in mulieribus.*

Aliæ mulieres ſe beatas affatim putant ſi ſe à viris adamari, ſibi viros fieri ſubplices videant, vt ſecum matres fiant.

At hanc Virginem vnicam adamat Deus Pater, ſupplicem legationem per magnum Angelum ad eam miſit hodie, vt eiuſdem cum ipſo Filij ſui Mater eſſe dignetur.

Eua mater viuentium dicta, imo mortalium aut morientium melius diceretur, vti & reliquæ mulieres omnes.

Maria verò mater immortalium & æternum in cęlo viuentium & victurorum.

Christus Pater, ipſa mater futuri ſeculi ac melioris.

Eua cum cęteris quid niſi homines gignunt, etſi illa Alexandrum Magnum, altera Pompeium Magnum &c.

Maria ſola Deum genuit.

Digitized by Google

Salue ſancta parens enixa puerpera Regem
Qui Cœlum Terramq́; regit!

Benedicta tu in mulieribus.

* Benedicta iterum tu in mulieribus. Mulierum enim ſi forma magna eſt, etiam eſt periculoſiſſima, quoniam à multis adpetita.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Solon rogatus à quodam an vxor eſſet ei ducenda? Si turpem duxeris, inquit, habebis pœnam: ſin pulcram, habebis communem. Max. ſer. de mulieribus.

Iritat orexin, & inſtigat ad ſui concupiſcentiam.

Benedicta autem *tu in mulieribus*, quæ & formoſiſſima, Helena ipſa & Eua formoſior, vt quæ Deum paritura & ſpecioſum forma præ filijs hominum, & tamen à nullo concupita indecenter.

Quid? Etiam ſtimulos in alijs extinguebat.

Lapideſcere mòx faciebat ſuos ſpectatores ad malum paratos, vt olim Meduſæ adſpectus, quicunque ardentiores acceſſerant.

Ita omnes eorum motus reſtinguebantur eius adſpectu, vt ſi in frigidam nudi proſilijſſent.

Cornel. Muſſus Epiſc. Ord. Minorum in hac mente.

* *Benedicta* iterùm *tu in mulieribus*. Mulieres vulgò dicunt puſillanimes.

Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus precium eius, ſi qua inuenitur.

Indiarum omne aurum non fuerit æquum eius precium.

Et motæ ad lunam trepidabit arundinis vmbrā.
Mulier mollis aër.

Sed hæc vna benedicta in mulieribus, fortiſſima in aduerſis omnibus.

Fortis in puerperio, inter bouem & aſinum.

Fortis

Fortis in fuga ab Herodis gladio, in exilio ſeptenni &c.

Fortis in filij perſequutione & cruce.

Tam fortis cùm penderet è cruce ab omnibus deſertus & exoſus, quàm cùm à tribus Regibus ſalutaretur, in monte Thabor à Moyſe & Heliâ coronaretur, & ingrediens Ieroſolymos in die palmarum ab omnibus Rex ſalutaretur, dicentibus Hoſanna &c.

Imò tunc magis mirabatur clementiam Patris, & Bonitatem Filij Dei iſta pro hominibus ferentium &c.

Id ſignans Eccleſia Catholica triduo ante Paſcha extinguit candelas 12. vnam ſeruat inextinctam. Duodecim, vt notet 12. Apoſtolos etiam fide defeciſſe; vnam, vt ſignificet hanc vnam virginem ſemper ſibi ſimilem fide & ſpe conſtitiſſe.

Benedicta ergò *tu in mulieribus*.

II.

Quàm ſit benedicta etiam inter viros & Angelos, imò & inter perſonas Trinitatis.

Neq; ea dumtaxat benedicta in mulieribus ſed in viris quoque. Titulos enim honoris gerit quem nemo virorum geſſit à ſeculo. Eſt enim ea Virgo & Mater: nullus virorum virgo & pater. Ea in hominum genere ſola dicitur verè ac propriè mater Dei; virorum nullus, non Ioſeph ipſe niſi pater nutritius.

Ego & pater tuus (ſed nutritius tantùm) dolentes quærebamus te.

S. Hugo Lincoloſienſis Ep. *Satis à fœmineo ſexu Deus diligi promeruit, cùm naſci de fœmina dignatus eſt. Nam quum viro conceſſum non ſit, vt vel dicatur vel ſit Pater Dei, hoc tamen præſtitum eſt fœminæ vt ſit mater Dei.* Surius tomo 6 in vita eius c. 13.

Præterea illa vna maior viris omnibus ſanctitate.

Sin ais de Iohanne Baptiſtâ dictum non ſurrexiſſe illo maiorem. Matth. 11.

Reſp. Virginem hanc vnam illîc valdè ſignanter excipi.

* 1. *Eo quòd* dicatur inter natos mulierum. Nam virgo Maria non natus ſed nata mulieris eſt.

* 2. *Eo quòd* dicitur non ſurrexit &c.

Petrus Galatinus Ord. Min, lib. 7. de arcanis fidei in Talimud inuentis, cap. 5. docet, ex iſto contextu nullo modo ſequi quòd Ioannes maior ſeu ſanctior fuerit ſanctiſſima Virgine Maria, & probat ex eo quod dicit *Non ſurrexit*, quod dici non poteſt niſi de eo qui priùs cecidit, & poſtea ſurgit. Vnde intelligenda ſunt verba illa Saluatoris de illis ſolum qui in peccato originali concepti ſunt. Beata autem Virgo non ſurrexit, quia nunquam in peccato originali fuit. Ideoque verbis illis Saluatoris excepta eſt, ne minor Iohanne crederetur qui etſi magnus fuit, tamen aliquandò in originale cecidit, & ſemeſtre totum iacuit.

Quinimò etiam eſt benedicta in Angelis.

Non enim tantum ſocia aut cognata Angelis virginitas mortalium, & vt nix niui ſimilis, ſed longè glorioſior, quia fortior.

D. Bernard. ep. 42. ad Henricum Senonenſem Archiep. *Differunt quidem inter ſe homo pudicus & Angelus, ſed fælicitate non virtute. Sed etſi illius caſtitas eſt felicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur.*

In Angelis naturæ eſt, in hominibus gratiæ, liberi arbitrij & multæ luctæ.

Nuſquam frequentiora & acriora Chriſtianorum certamina.

Virgo in carne, rubus Moyſi eſt ardens nec comburens.

Ergò

Ergo Maria à Virginitate Angelis admirabilior.
Adde & vndequaque illis eſſe ſanctiorem.

Ea ſanctitate fuit quâ maior ſub Deo nequit intelligi, ait Anſelmus.

Finge Deum non eſſe, aut mortalem eſſe (quod tamen fieri non poteſt) ſi de deligẽdo Deo creaturæ omnes rationales æquo iure agerent, hanc Virginem Deum aut Deam nominari oporteret.

D. Dionyſius Areopagita, cùm aliquandò Virginem Mariam vidiſſet, exclamauit ſe illam pro Deo recepturum niſi ex fide Catholica alium eſſe Deum didiciſſet.

Itaque & certatum credo inter Angelos hodiè quis ipſorum legatione ad eã honoraretur à Deo, dicente certatim quolibet Ecce ego mitte me. Adde & Angelos illi debere ruinarum ſuarum reparationem, & ſupplementa militiæ ſuæ cæleſtis.

Benedicta ergò tu non ſolùm in mulieribus, ſed & in viris & in Angelis.

Quid? Etiam benedicta tu in SS. Trinitatis perſonis.

Patrem enim illam ſibi parem miratur in generatione eiuſdem Filij, cuius illa æquè mater eſt ſecundum humanitatem, atque ille Pater ſecundum diuinitatem.

Sortiuntur æquam vterque partem. Ille Pater, illa mater eiuſdem omninò.

Habet autem titulum ac nomen maternitatis quem reliquæ duæ perſonæ non habent, non Filius, non Spiritus Sanctus.

Vt ſim Filij & Spiritûs ſancti filius, non ſum tamen propriè talis niſi creatione, niſi adoptione, non generatione conſubſtantiali, quæ ad paternitatem aut maternitatem requiritur.

Filius non eſt etiam in diuinis Pater Spiritus

Digitized by Google

Sancti, nam non eſt ab eo naſcendo ſed procedendo.

Filius etiam in humanis nullum genuit, vt Pater verè dici poſſit.

Spiritus Sanctus verò etſi hodie in virginem ſuperuenerit, & illi obumbrauerit, & de eo virgo Chriſtum conceperit iuxta verba ſymboli noſtri, non tamen pater Chriſti dici poteſt ſecundum Auguſtinum, & Magiſtrum Sentent. quoniam ſimilem ſibi tunc non genuit, ſed ſibi ſimili tantum corpus aptauit.

Alioqui & lumbrici naſcentes ex homine filij hominis dicerentur.

Vtraque ergò perſona maternitatem in ea miratur quam neutra habet, ſed nec habere poteſt.

Mirantur virginem & hominis & Dei matrem ſe vtroq; fœcundiorem.

Præterea filius Dei Ieſus Chriſtus honorat eam & adorat quà mater eius eſt: Spiritus Sanctus honorat adiutrix eius eſt in Chriſti incarnatione.

Benedicta ergò tu etiam in diuino illo Triumuiratu; Patri par, Filio & Spiritu Sancto mirabilis à maternitate ipſis incommunicabili.

III.

Quàm ſit benedicta inter omnes omninò rationales ſubſtantias.

Iam globatim & ſummatim. Etiam benedicta in toto genere humano.

* 1. *Amunditie*. Nam in toto genere noſtro nullum neque virum neque mulierem dare eſt nec dare erit vnquam, qui nunquam fuerit filius iræ.

Omnes naſcimur filij iræ, naſcimur inquam omnes tales vel natiuitate ex vtero, vt nos turba,

vel

vel natiuitate in vtero, vt pauculi Ieremias, & Baptiſta.

Sed Maria neutra natiuitate filia iræ fuit abſque originali concepta. Hæc Sorbonæ ſententia, hæc totius Ordinis Minorum, hæc Ieſuitarum quoq;.

Vna eſt columba mea.

Vna & ſola.

Et in Angelis ſuis reperit prauitatem Deus, in Maria nullam.

* *Ab humilitate* ſeu animi modeſtia.

Nam Angelos, Homines, viros & mulieres ſuæ dotes, ſuæ virtutes & laudes inflant.

Luciferum principium viarum Domini reflexio in ſe & cognitio ſui cum philautia reddidit arrogantiorem, affectatorem ſimilitudinis Dei & paris ſeſſionis (ſimilis ero Altiſſimo aiebat) item & perduellionis reum dum reſtitit diuinæ de Chriſto & Maria adtollendis voluntati.

Omnes laudibus noſtris tumeſcimus.

Honores mutant mores.

Paruuli & adhuc lactentes laudati à pulchritudine, ab ornatu tumeſcunt.

Faſtus ineſt pulchris ſequiturq; ſuperbia formam.

Pauones ipſi laudati caudarum ſuarum opes latè explicant.

Ouid. *Laudatas oſtendit auis Iunonia pennas:*
Si tacitus ſpectes illa recondit opes.

Idem, aut quilibet alius eleg de medicamine faciei.

Laudatas homini volucris Iunonia pennas
*Explicat, & forma * muta ſuperbit auis.* *. al. multa.

Maria autem vna laudibus ſuis propè flagellatur & humiliatur. Videt Legatum DEI Angelum.

Audit

Audit blandè & honorificentiſſimè ſalutantem; dicentem gratia plenam, Deo gratiſſimam, benedictam in mulieribus &c.

Illa turbatur non de viſis, non (nàm Angelos videre illi familiare: Hieronymo enim teſte ep. ad Heliodorum, cùm ſanctiſſima virgo quartum annum ætatis adtigit, comites habebat Angelos) ſed de auditis dumtaxat.

Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Luc 1.

Mene dici gratiâ plenam, quæ nullam in me agnoſco!

Me miſeram Deo eſſe gratam!

Me benedictam in mulieribus, quæ omnibus velim ancillari!

Quin etiam auditâ ſuâ in matrem Dei electione, & modo myſterij, & ſalua virginitate, nihil inflata humilius ſolito loquitur, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat &c.

D. Ambroſ. lib. 2. in Lucam. *Vide humilitatem, vide deuotionem, Ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur: nec repentino exaltata promiſſo eſt.*

Quis noſtrum ad tantam euectus dignitatem ſic loqueretur? Titulos ſatis dignos nullos putaremus.

* 3. *A paritate cum Deo, imò & quadam quaſi ſuperioritate.*

Par enim Deo Patri qua Pater eſt, quia eundem genuit Filium quem ille. Dicere poſſit Si tu Chriſti Pater, Ego mater.

Par Spiritui Sancto in Verbi Incarnatione. Cooperata eſt illi in eodem opere.

Filio autem ſuperior eſt, qua eius filius eſt.

Et erat ſubditus illis.

Benedicta ergò tu in mulieribus, imò & in Trinitatis perſonis. Adea-

Adeamus ergò hodiè cum fiducia ad thronum gratiæ eius.

Multipotens eſt illa apud Deum, vt non ſit omnipotens.

Illa potens apud Patrem parem ſuum ratione Chriſti communis filij;

Potens apud Spiritum Sanctum cui collaborauit in Incarnatione Chriſti.

Potentiſſima verò apud Filium Dei cuius & ipſa æquè eſt mater.

Illa Regens Cœli & Terræ cum regat Regum & regnorum rectorem Deum.

Quod olim Cato de Romanis & Romanorum vxoribus aiebat, hoc de Trinitate & B. Maria liceat vſurpare. *Omnibus hominibus Romani imperamus, reliqui autem homines vxoribus ſuis,*

Sed vxores noſtræ nobis imperant,

Ergò toti mundo imperitant vxores noſtræ.

Toti Orbi Trinitas imperat, Maria virgo Trinitati quodammodo imperat, ergò & Maria imperat toti orbi.

Vel quod olim Themiſtocles de ſe & filio; *Themiſtocles Athenas regit, vxor Themiſtoclem & filius, vxorem eius* Ergò *Athenas regt filius Themiſtoclis*: hoc de B. Virgine dixerimus: Filius regit Patrem rectorem vniuerſi: Mater Virgo regit filium: ergò Virgo Mater regit vniuerſa.

D. Arnoldus Abbas: Filius oſtendit Patri latus & vulnera, filio mater pectus & vbera, & quę poſſit eſſe repulſa vbi tot intercedunt charitatis inſignia.

Adeamus ergò illam, illi ſupplicemus, illam oremus &c.

Paleæ.

Aue gratia plena.

Ale-

Alexander Macedo ſoli Phocioni Athenienſium Duci in literis ſcribebat χαίρειν. *AElian. lib. 1. var. hiſt.* Hic Deus ore Angeli dicit idē huic vni virgini.

IN FESTO VISITATIONIS B. Mariæ & Eliſabethæ; Aueſnis, in templo maiore, 2. Iulij circiter horam 9. antemerid.

Thema. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius.* Sap. 7.

VErba hęc (Auditores &c) ſunt quidem propriè Salomonis adhuc ſapientis, declarantis nihil non boni, & omnem adeò rerum ſufficientiam, ſed & virtutem omnem (quæ eadem eſt cum honeſtate iuxta Philoſophum 8. Ethic) ſibi adfluxiſſe ab eo tempore, quo ipſum repleuerit Deus cœleſti ſapientia, quæ conſiſtit in Dei cognitione, timore, amore, veroq; illius cultu, dicente hic gloſſa. *Quicunque percipit notitiam, quæ hic Sapientia dicitur, omnium pariter hîc Virtutum habet gratiam, & in futuro vitam æternam:* Tamen non ineptè ſeruirè iubemus hodiè laudibus Virginis Matris, quandoquidem ipſa Eccleſia in Miſſa quadam de eadem Virgine eandem ſcripturam illi accommodat.

Quoniam ergò feſtum hodiè Viſitationis eſt, ſic procedemus;

Dicendum hodiè mihi
1. *Quotuplex Viſitatio in Scripturis;*
2. *Cuiuſmodi fuerit Viſitatio Virginis, quis eius ſuſcipiendæ finis, & fructus;*
3. *An clauſtralibus & voto caſtitatis adſtrictis expediat parentes, & amicos viſitare, etiam mouente charitate.* AVE.

I. *Quo-*

I.

Quotuplex Viſitatio in Scripturis.

Feſtum hodiernum (Auditores &c.) quod Vrbanus VI. Pont. Rom. indixit, Baſilienſe Concilium comprobauit ſeſſ. 97. quod iam Græci multò ante celebrabant: quod etiam poſt Vrbanum Papa Bonifacius IX celebrius inſtitui. anno Domini. 1389. & ipſe aut quiuis alius indulgentijs ijſdem ditauit, quæ in Feſto Venerabilis Sacramenti obtinentur.

Poſſimus non ineptè appellare, feſtum peregrinationis Virginis.

1. Quoniam ſatis procul à domo & patria profecta eſt.

Conſtat enim montes fuiſſe ſuperandos, Galileæ & Iudeæ diuerſarum regionum partem perambulandam, fuiſſeqúe hoc iter circiter tridui 19. ſcilicet aut 20. miliarium.

2. Quia iuit Ieroſolymos ſecundum quoſdam, quòd ibi Zacharias habitaret, ac ſic fuerit peregrinatio Ieroſolymitana ſemper ab Aſcenſu Chriſti in cœlum in Eccleſia celeberrima, & à magnis adfectata.

Domum certè Zachariæ non alibi quàm apud Ieroſolymitanos fuiſſe non modò recentiores, ſed etiam Auguſtinus & Beda conſentiunt.

Ratio. Quod ex Sacrificis eſſet. Sacrificos autem contiguos ferè templis ſuis videmus. Templum autem & locus ſacrificiorum Zachariæ erat Ieroſolymis. Ergò.

Baronius tamen Hiſtoricorum Cæſar, ciuitatem, quam MARIA peteret, Cariatharbem fuiſſe contendit, quæ eadem Hebron ſiue Chre-

Chrebron nominabatur, eandem antiquiſſimam & nobiliſſimam, viginti duobus miliaribus ab vrbe Ieroſolyma diſtantem. *Vide Apparatum Baronij c.58. & 59.*

Chriſtianum Adrichomium.

* 3. *Adijt locum ſanctum.* Intrauit domum Zachariæ Luc. 1.

Domus enim Zachariæ tam ſtudioſa diſciplinæ fuit, vt eam monaſterium ac templum diceres, domicilium ſapientiæ & ſcholam ſanctitatis.

Vt enim proh dolor! ſunt quædam monaſteria, & familiæ Deo ſacratæ, quæ à profaniſſimis moribus, motibus, comeſſationibus &c. profaniſſima ſint, & pænè dixi lupanaria (de paucis quibuſdam dico) ita ſunt quædam coniugatorum familiæ adeò ſanctè moratæ vt templa Deorum dicere poſſis, & monaſteria.

Venit etiam *in ciuitatem Iuda*, id eſt laudationis, ſeu Confeſſionis vrbem.

Venit in Hebron id eſt ſocietatem ſiue participationem vel adhæſionem, quæ aliter Cariath-arbe id eſt ciuitas quatuor, à quatuor patriarcharum Adam, Abraham, Iſaac, Iacob qui ibi ſepulti ſunt ſepulcris vt quidam interpretantur, dicta etiam conuallis Mambre celebris habitatione Abrahæ.

* 4. *Viſit Sanctos.* Zacharias enim & Eliſabetha vxor erant par illud Sanctorum, ad quos ibat.

Luc. 1. Ita ab Euangeliſta baptizantur. *Erant iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela.*

Iuſtitiæ nomine in ſcripturis non vna illa ex quatuor Cardinalibus tantùm quæ reddit cuique quod ſuum eſt, intelligitur, ſed omnium virtutum corona & quaſi encyclopedia.

Hîc autem maximè. Et id iudicat quod ſequitur;

tur; *Incedentes in omnibus* &c.

Vt taceam Iohannem illum Baptiſtam & Præcurſorem Domini iam deſignatum qui arcula ſacra vteri materni claudebatur.

Omnes vel nominibus ſanctitatem profeſſi.

Zacharias enim idem quod *memoria Domini*, *aut maſculus Domini.*

Eliſabeth, *Dei ſeptenarium.*

Ioannes, *Domini gratia*, *ſiue Domini donum*, *aut Domini miſericordia.*

* 5. *Tulit Donaria*, Seipſam & obſequia ſua Sanctis illis offerens. Item dona Sancti Spiritus Eliſabethæ & Iohanni.

Polydora erat imo Pandora quædam tunc Virgo vtero gerens Deum.

* 6. *Pſallit Domino*. Ibi enim condidit ſubito enthouſiaſmo canticum illud Canticorum. *Magnificat* &c. adeò numeris omnibus abſolutum, vt venerit etiam in prouerbium *corrigere magnificat*, pro corrigere rem perfectiſſimam, & quaſi Mineruam docere.

Poſſit ergò piè feſtum Peregrinationis vocari hic dies, ſed quandoquidem magis Eccleſiæ Catholicæ placuit vocari Viſitationis, non qua ipſa viſitata eſt, ſed qua ipſa viſitauit Eliſabetham, virgo vxorem, iunior ſeniorem, dignior inferiorem, grauida grauidam, mater Domini & Dei matrem ſerui &c. vocemus & nos Viſitationis, & de Viſitationibus loquamur.

Notandum autem vt de tota re hodierna clariùs vtiliusq́; loqui poſſimus, varia eſſe viſitationum genera.

Viſitationum enim quædam { 1. *Diuina*, 2. *Humana*. }

* 1. *Diuina*, cùm Deus viſitat creaturas, vt cùm

F dicitur

dicitur viſitaſſe Saram Geneſ. 21. viſitaſſe plebem ſuam Luc. 7. & à nobis vulgò viſitare amicos ſuos ſiue electos.

Iob. *Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum.*

Pſal. 8. *Quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum?*

* 2. *Humana*; cum homines hominibus abſentibus emigrando adeſſe incipiunt.

Iob. 2. Tres amici Iobum grauiter adflictum viſitant.

Geneſ. 37. Ioſeph à patre mittitur ad fratres viſitandos cùm ait: *Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora & renuncia mihi quid agatur.*

1. Regg. 17. Et Dauid adhuc adoleſcens à patre ſuo ad fratres in caſtra Saulis. *Fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce.*

Viſitationũ quoque alia eſt
- 1. *Cognitionis nudæ*;
- 2. *Actionis.*
  - 1. Clemẽtiæ, ſeu Miſericordiæ ac Charitatis.
  - 2. Seueritatis, & Iuſtitiæ.

* 1. *Cognitionis nudæ*; Ea eſt quum viſimus aut viſitamus res, loca, perſonas, ſciendi tantum aut cognoſcendi cauſâ.

Sic viſitantur regiones, vrbes, templa, palatia, perſonæ celebres.

Sic Zacchæus aſcendit in arborem ſicomorum vt videret Ieſum quis eſſet. *Luc. 19.*

Sic Abgarus Rex Edeſſæ libenter vidiſſet Chriſtum. *Euſeb. Caſ. lib hiſt. Ecleſ.*

D. Paulus poſt Damaſcum, Arabiamq́ luſtratam aſcendit Ieroſolymam videre Petrum, apud quem & manſit diebus quindecim *Galat.* 1. D. Hierony. ep. ad Paulinum de omnib. diu. hiſt. libb. *Ad Titum Liuium lacteo eloquentia fonte manantem de vltimis*

nis Hiſpaniæ Galliarumq́; finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus : & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit.

Ibid. *Apollonius....peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno ſedentem aureo , & de Tantali fonte potantem inter paucos diſcipulos ... audiret docentem.*

Ibid. Idem *perrexit AEthiopiam , vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſſimam Solis menſam videret in ſabulo.*

Sic Regina Saba viſitauit Salomonem . *lib. Regg.*

Vndiq; viſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circumfuſa ruit, Simone proditore capto. *Virgil. 2. AEneid.*

* 2. *Actionis*, id eſt, quæ dicit aliquem actum ſeu effectum viſitantis erga viſitatum, ſeu is ſit Bonus & Clementiæ ſeu Malus aut incommodus , & alicuius ſeueritatis.

* j. *Clementia* voco, quæ viſitato prodeſt vel conferendo bonum, vel remouendo malum.

Iacob. *1.* Et *ſenſu accepit, cum dixit Religio munda & immaculata hæc eſt viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.*

Et Chriſtus, cum dixit; *Infirmus fui, & in carcere, & non viſitaſtis me.* Matth. 25.

Et Iob. *5. Viſitas ſpeciem tuam*, j. hominem eiuſdem tecum naturæ, *non peccabis.*

Et Eccli. 7. *Non te pigeat viſitare infirmum.*

Nam fruſtra laudetur viſitatio ægri aut vincti, cui nihil impendatur aut ſolatij aut auxilij.

Tale hoc ſit , quale ſi Hippocrates me viſitet ægrientem & nihil ex arte decernat vel ordinet vnde conualeſcam.

Sic DEVS viſitaſſe Saram dictus ſi eſt cùm

fecit fœcundam ex infœcunda. *Gen.* 21.

Iob. *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.*

Exod. 3. *Viſitans viſitaui vos, & vidi afflictiones veſtras*: ſeruitutem enim duriſſimam ferri & lateris, & quaſi damnatorum ad latomias, ad metalla, & Tyranno ſuo ſudore & ſanguine vrbes arcesque ædificantium non alio quàm eſcario pretio in libertatem commutauit.

Fecit è ſeruo vt eſſet libertus ſibi pop. ille Iſraël.

Sic Incarnatio Chriſti dicta eſt viſitatio.

Luc. 1. *Viſitauit nos Oriens ex alto.*

Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ. Luc. 1.

Luc. 7. *Quia Deus viſitauit plebem ſuam.*

Luc. 19. Dicitur Ieruſalem ſolo æquanda *eò quòd non cognouerit tempus Viſitationis ſuæ.*

Pſal. 105. *Viſita nos in ſalutari tuo.*

★ ij. *Seueritatis & Iuſtitiæ.*

Exod. 20. Dicitur Deus *viſitans iniquitatem patrum in filios*, id eſt, caſtigans patres in filijs, maiores in poſteris ac nepotibus.

Pſal. *Viſitabo in verberibus peccata eorum.*

Iſai. 10. *Viſitabo ſuper fructum magnitudinis cordis Regis Aſſur.*

Iſai. 13. *Viſitabo per orbem mala.*

Sophoniæ 1. *Viſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina*: Vlciſcar aliquandò & puniam peccantes luxu veſtium, gerentes veſtes peregrinas, id eſt, alienas à gradu & conditione ſua, quod fit cùm ancilla veſtitur, comitur, coliturque vt Domina, ruſticus vt nobilis &c. Sicut populus, ſic Sacerdos ſericatus, calamiſtratus, dentatus &c. peregrinas, id eſt, alienas à ſexu, quod fit cùm mulier induitur veſte virili, vir muliebri: mulier thoracibus maſculorum, & turgentibus perizomatis amicitur, vir colitur

ſitur comiturque vt fœmina &c.

Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti:
Fine coli modico forma virilis amat. Ouid.

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges! Virg. AEneid.

Peregrinas rurſus; id eſt, alienæ regionis, cùm vicinarum vrbium, prouinciarum, cultus & formas accerſimus, ex Gallia, ex Hiſpania &c. quod nunc vſitatiſſimum eſt.

Olim Germanum, etſi taceret nec loquela noteſceret, nemo proderet, tamen nôſſes ex forma veſtis braccata, ſcarificata, & plena multitio prominente (*Gall. pleine de tafetas.*)

Olim Gallum internôſſes etiam tacentem ex pileo acuminato, braccis exiguis &c.

Hiſpanum quoque ex galero ſuperius latiore, ex caligis breuibus, manicis ſtrictis &c.

Turcam ex turbine capitis &c.

Nunc non item, quoniam omnes induimur veſte peregrina; Gallicis, Hiſpanicis, Germanicis, ac pænè Turcicis delectamur. Chimęræ ſumus & ſi quæ Chimęris ſunt monſtra mixtiora.

Prima Leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra.

Capite & pileis Galli, corpore & thorace Hiſpani ſumus hodiè; cras alij atq; alij.

Peregrinas rurſus; qui exoticis & extero orbę quęſitis pannis, telis, coloribus & tincturis colimur &c. etiam ex ſanguine piſcium mendicatis fuçis, vt aiunt de purpura &c.

Viſitabo, viſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina, id eſt, vlciſcar quàm ſeueriſſimè.

Viſitationum autem diuinarum omnium inclementiſſima erit, Viſitatio Iudicij nouiſſimi, niſi ipſi nos antè per pœnitudinem duriter viſitemus, cautè præuenientes eum qui non viſitat bis in idipſum.

At cuiuſmodi fuit hodierna Virginis Matris Viſitatio?

Fuit vtriuſque generis, Diuina ſcilicet & Humana.

Diuina, quia Deus erat in ea Ioannem ſuum viſitans.

Humana, quia fœmina fœminam viſitabat.

Diuina inquam quia MARIA ibat plena Spiritu Sancto qui in eum ſuperuenerat.

Ibat plena Deo, Filio Dei & ſuo, quem iam totum perfectumqúe Deum & hominem conceperat, genuerat in vtero quantum qualemqúe ſcimus è cruce pependiſſe (non enim per partes & per momenta vti nos, ille ex matre in matre natus eſt, ſed ſimul & ſemel totus ac tantus.

Virgo Maria tum gerebat Deum in ventre, vt ſacerdos in manibus in altari, vt Sacerdos Sacramentum in Proceſſione.

In ipſa vt in ciborio quodam animato latebat ille Paruus-Magnus Deus, Gygas ille Pygmæus, Perſona illa immenſa naturæ geminæ.

O ciborium nobile! ô arcam digniſſimam quà materia, quà contento!

Propterea credibile Angelos omnes peregrinantis tum Mariæ fuiſſe comites ob Domini ſui præſentiam.

Vbi fuerit hoc *corpus*, ibi *congregabuntur &* illæ *aquilæ*.

Credibile quod *à facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob.*

Mare vidit, & fugit; Iordanis conuerſus eſt retrorſum.

Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium. Pſal. 113

Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Pſal. 96.

Ignis

Ignis ante ipſum præceſsit. ibid.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota eſt terra. ibid.

Act. Syncerus, Sannazarius libro 2. de partu Virginis.

Quaq; pedes mouet (virgo) *hac caſtam terra almo miniſtrat,*
Pubenteiſque roſas, nec iam mœſtos hyacinthos,
Narciſſumque, crocumque, & quicquid purpureum ver
Spirat hians, quicquid florum per gramina paſſim
Suggerit, immiſcens varios naturæ colores.
Parte alia, celeres ſiſtunt vaga flumina curſus,
Exultant valleſque caua, colleſque ſupini,
Et circumſtantes ſubmittunt culmina pinus,
Crebraque palmiferis erumpunt germina ſyluis.
Omnia lætantur. ceſſant Euriq; Notiq;,
Ceſſat atrox Boreas. tantum per florea rura
Regna tenent Zephyri, cœlumque tepentibus auris
Mulcent: quaque datur, gradientem voce ſalutant.

Iacobus Pontanus Societat. Ieſu, Floridorum libro 1. de Virgine Maria titulo Viſitatio. parte 1.

Cohors aligerum it comes puellæ;
Ventorum furiæ repentè ponunt,

Vt leni Zephyrus ſuſurrat aura.
Ridet lumine puriore cœlum;
Quaq; incedit, humus ſoluta flores
Summittit pedibus, crocosq; ſpirat.
Blandum nubiuaga canunt per agros:
Valles exiliunt, ouantq; colles:
Pinus aëria caput remittunt, imitatus ſ. ille Sannazarium.

Sic fuit diuina viſitatio qua Filius Dei vtero virginis quaſi carpento delatus ibat ad Præcurſoris ſui domum.

Humana certè fuit, fœminæ ſcil. ad fœminam, Matris Domini ad Matrem ſerui.

Nec fuit nudæ cognitionis aut recognitionis veteris amicæ & cognatæ, ſed actionis ſiue effectus boni & à charitate profecti.

I I.

Cuiuſmodi fuerit Viſitatio Virginis, quis eius ſuſcipiendæ finis, & fructus.

Mixta ergò fuit hæc Viſitatio Virginis.

Sed finis multiplex, nullus vanus aut ſine merito.

Peregrinantur quidam
- 1. *Neceſsitate;*
- 2. *Auaritia;*
- 3. *Vanitate;*
- 4. *Studio Valetudinis* &c.
- 5. *Religione.*

* *Neceſsitate*, vt pauperes ſtipem mendicantes.

Abraham aliquandò fame preſſus deſcendit in AEgyptum cum vxore, magno pudicitiæ eius periculo ab AEgyptiorum Rege Pharaone. *Geneſ. c. 12.*

Iacob hortatu matris in Meſopotamiã venit ad Laban auunculum ſuum, metu fratris Eſau, qui ei mortem fuerat interminatus ab interuerſione benedictionis paternæ &c. *Venient* (dixerat ille) *dies luctus*

luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Geneſ. 27.

Maria & Chriſtus aliquandò etiam AEgyptum petiere, ſed perſequente Herode.

Quærebant alij cibum, alij præſidium & aſylum.

* 2. *Auaritia,* vt Mercatores. *Currit mercator ad Indos*

Per mare, pauperiem fugiens.

* 3. *Vanitate*; tantum vt videant, & ſtudio cognoſcendi vrbes, prouincias &c.

Quærenti, *Ecquæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?*

Libertas, reſpondet ille apud Virg. in Buc.

Geneſ. 34. Dina filia Liæ egreſſa eſt vt videret mulieres alienigenas & rapta eſt: Sic & Sabinæ à Rom.

* 4. *Studio valetudinis* &c. quo ſtudio pleriquè Chriſtum ſequebantur.

Ceruiam, Hallas, Aſpricollem &c. petitis, nunc ſtudio cęcitatis auertendæ, nunc ſurditatis, alius alterius rei ſtudio.

Apud quoſdam *neceſſitas plus poſſe, quam pietas, ſolet.* Senec. in Troade, Act. 3.

* 5. *Religione,* vt ſc. Deus in Templis & Sanctis ſuis honoretur.

Pſal. 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.

Vide Peregrinum Lauretanum Richeomi c. 22. de apparatu peregrini.

Virgo Maria Religione maximè hanc peregrinationem ſuſcepit, nulla vanitate, nulla neceſſitate, nullo ſui ſtudio, ſed mera charitate Dei, & Proximi.

Aut ſi quo proprij boni ſtudio, certè ſtudio Fi-

dei propriæ confirmandæ, & augendorum meritorum.

D. Bonauentura noſter commentarijs ſuis ad hunc locum, ait *ad veritatem explorandam* iſſe, id eſt, ad fidem quam iam firmiſſimam habebat, magis magiſq́ue confirmandam, vt qui certiſſimus veritatis corporis Chriſti in Euchariſtia, tamen ſemper ſtudet nouis argumentis ſibi ipſi rem probatiorem facere.

Nam Virginem de quacunque parte Legationis Angelicæ dubitaſſe, credi vetat iſtud Eliſabethæ, *Beata quæ credidiſti* &c. quo ſingulariter à fidei firmitate commendatur.

Et iſtud D. Ambroſij lib. 1. in Luc. 1. c. 1. *Feſtinat inuiſere Eliſabeth, non quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nuncio, vel dubia de exemplo, ſed vt læta pro voto, religioſa pro officio, feſtina pro gaudio.*

Item lib. 2. de Virgin. *Ad cognatam ſuam in montana proceſſit, non vtiq; vt exemplo crederet, quæ iam crediderat oraculo.*

Religione ergò in Deum, & charitate in proximum profectionem hanc adornauit.

* *In Deum*; { 1. *Euangelizandi ſcilicet ſtudio*; 2. *Sanctificandi ac beandi eos quos volebat* }

* 1. *Euangelizandi* catechizandiq́ ſtudio; volebat enim cognatæ ſuæ familiam docere nouæ Incarnationis myſterium.

Etſi enim *mulieri docere in Eccleſia non permittit Paulus*, poteſt tamen priuatim quemque docere ante focum ſi frigus erit, & (vt aiũt) ſub fumibulo, etiam vxor maritum ebrioſum ganeonem &c. dummodò reuerenter & commodis ac mollibus fandi temporibus, concocto iam vino & vino iam ſobrio, ne ſi aliter fortè *conculcent porci margaritas pedibus*

dibus ſuis, & conuerſi dirumpant. (*Matth. 7.*) & diuerberent concionatrices ſuas.

Mariæ licuit in paruo illo quaſi templo docere tantum myſterium cuius nemo hominum ſcientior fuit.

Aiebat illa ſecum : *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt: opera autem* Dei *reuelare & confiteri, honorificum eſt*, vt inquiebat Raphael Tobiæ comes.

4. Regg. 7. *Hæc dies boni nuntij eſt, Si tacuerimus & noluerimus nunciare vſq; manè ſceleris arguemur*, aiebant quatuor illi viri leproſi.

Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis.

Pſal. *Venite, & videte & narrabo quanta fecit Deus animæ meæ.*

Pſal. *Qui timent te* (Deus) *videbunt me, & lætabũtur.*

Senec. in Troade, Act. 3. *Stulta eſt fides, celare quod prodas ſtatim.*

Senec. lib. 1. ep. 6. *Nullius boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio.*

Archytę Tarentini ſenſo, ne quidem ſatis beatus qui verſetur vel in cœlo, aut neſcio quo Elyſio cãpo aut Inſulis fortunatis, ſi nõ habeat cui narret immenſitatem ſuæ voluptatis. *Cic. lib. de Amicitia.*

Etiam cognatos ſaltem faciamus (inquit Maria) tam ſanctæ lætitiæ participes.

Communionis Sanctorum nolite obliuiſci.

Hoc erit nullo meo damno quaſi de lumine lumen alijs accendere. Et improperio mulierum reparando de Adæ corruptione, non erat incongruũ eſſe tanti boni & Incarnationis Chriſti nunciam hanc fœminam virginem , vti aliæ poſtea quædam teſtes primæ reſurrectionis fuere . Hoſtimentum eſt , tantum pro tanto.

★ 2. *Sanctificandi ac beandi coram quos volebat.* Volebat Chriſtus coram Præcurſore ſuum ore matris ſan-

ſanctificare &c. & matrem eius ita impleri ſpiritu prophetiæ, quamuis aliter poſſet.

Ego veniam, & curabo eum.

Ipſa ergò pro rheda & carpento Chriſto fuit.

* *In Proximum* { 1. *Eliſabetham*; 2. *Baptiſtam*, 3. *Zachariam totamq; familiam.* }

* 1. *Eliſabetham* { 1. *Gratulando*, 2. *Seruiendo*, 3. *Prophetiſſam creando.* }

* j. *Gratulando*; de ſterilitate in fœcunditatem vel ſerò verſa; & de tali filio.

Nam ſi vicini cognatiq; nato Ioanne congratulabantur ei, cognatam talem certè de iam concepto ei non gratulari dedecebat.

Charitas quæ flet cum flentibus, gaudet etiam cum gaudentibus.

* ij. *Seruiendo*, vt { 1. *Seni & vietæ*; 2. *Grauidæ & iam parturienti.* }

* 1. *Seni, & vietæ.* Nam *Senectus ipſa per ſe morbus eſt.*

Senectus ara malorum, hoſpitium omnium morborum.

Vt grauida non fuiſſet Eliſabetha, erat tamen iam obſequij multi indiga.

V. Beda ſup. Lucam. *Zachariæ domum intrauit, vt viſitaret Eliſabeth, ac mulieri prouectæ ætatis virgo iuuencula miniſterium ſedula impenderet.*

* 2. *Grauidæ*, & iam parturienti.

Noſtis mulieres, mulierum prægnantium neceſſitates, etiam adoleſcentularum: vt à familiarioribus malint adiutari.

At Eliſabetha & grauida, & vicina iam partui, & vetula: *vetus mulier & noua mater*, vt loquitur Maximus. Serm. de S. Ioann.

Ancil-

Ancillari ergò illi voluit Maria cognatæ ægrę ab hac duplici cauſa.

Voluit illi eſſe , quod ſunt ſórorculæ noſtræ Franciſcanæ ægris veſtris,& penè quod obſtetrices & ſimiles famulæ vxoribus veſtris parturientibus & parientibus.

D. Ambroſ. ſup. Luc. lib. 2. *Diſcite & vos mulieres ſanctæ ſedulitatem, quam prægnantibus debeatis exhibere cognatis.*

Quid? Ergone tu Maria oblita tui & dignitatis tuæ?

Neſcis te Dei matrem? Etiam Dei mater ancillabitur ancillæ ſuæ? *Famulare collo nobili ſubis iugum?*

Ponis ex animo Reges atauos,

Magniq; ſenis iura per omnes inclyta terras? Senec. in Troade Act. 3.

Ancillabor (inquit.) *Decet enim vt quanto caſtior virgo, tanto ſit & humilior.* Ambroſ. lib. 2. ſup. Lucam.

Humilitas, præcepti eſt; virginitas tantum conſilij.

Dixi nùnc nùnc Angelo, me ancillam Domini.

Parum eſt dixiſſe; etiam libet opere præſtare.

Imò libet plus exhibere opere, quam ſermone.

Volo etiam ancillari ancillæ Dei Eliſabethæ, & Ioanni ſeruo Dei, vt ſim ancilla & ſerua ſeruorum Dei.

V. Beda ſup. Lucam. *Eamdem quam exhibuerat Angelo Maria humilitatem, hominibus quoque curauit exhibere, &, quod maioris eſt virtutis, ſe etiam minoribus. Graijs ſeruitum matribus ibo Dardanis, & Diuæ Veneris nurus.* Virg.

O miſeros nos, qui grandia dicimus, & parua vix præſtamus.

Sanctulos nos cenſemus quum promiſſis ſtetimus,

mus,aut fecimus vt diximus; Mariæ non ſatis eſt feciſſe quod dixerit,ancillari Domino, niſi plus faciat quã dixerit,& ſeruo Dei atq; ancillę ancilletur.

Maiores ſuos,& Filium quoque ſuum, moribus modeſtiaq́; exprimit Virgo. Vt filius eius, ſic illa *non venit miniſtrari ſed miniſtrare.*

3. Regg.6.Dauid reſpondit vxori ſuæ Michol ſibi humilitatem obiectanti: *Vilior fiã plus quam factus ſum:& ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es glorioſior apparebo.*

Diſcite, iuuenes,ſeruire ſenioribus &c.

Coram cano capite conſurge, ſedere ſenem iube loco tuo, ſi quo ſedes.

Cic.1.Offic.*Eſt adoleſcentis maiores natu vereri.*

Olim etiam Ethnici *credebant hoc grande nefas, & morte piandum, Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat;*

tantum erat,præcedere quatuor annis.

Sed & vos mariti, diſcite vxoribus veſtris prægnantibus plus aliquid ſolito indulgere, ſeruire, & c.minas,laboreſq́ue remittite.

* iij. *Propheti ſſam creando,*& quidem numeris omnibus abſolutam.

D.Ambroſ. lib.1.comment.in Luc.c.1.*Prophetant matres ſpiritu paruulorum.*

Prophetat Saul inter prophetas.

Pſal.*Ignis à facie eius* Deiparæ *exarſit, carbones ſucceſi ſunt ab ea.*

Ferrum,quod adamas adtigit,alteri quoq; ferro vim adtrahendi adamantinam aliquam, communicat adtactu ſuo.

Eliſabeth enim prophetauit {
1. *De impregnatione Virginis,*
2. *De ſexu prolis;*
3. *De Deitate prolis;*
4. *De fide Virginis;*
5. *De futuris, & promiſſorũ impletione.*

* De

* De *impregnatione Virginis*, de qua re nondum vel verbulum dixerat Virgo, nec ipſi, nec alteri, vnde neſcire potuerit.

Sed nec tuber ventris Mariæ indicare adhuc poterat, qui nondum potuerat tumeſcere, non pallores vultus, aut faſtidia, quæ nulla in Virgine fuerunt, qualia in cæteris.

Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt. Matth. 16.

Sed nec vlla vulgi fama.

* 2. *De ſexu prolis*, quod ſc. Maſculum gereret: Matrem enim Domini adpellat.

Id populus credat ſcilicet, Eliſabetham didiciſſe libros illos de occultis naturæ miraculis, ex quibus mulierculæ quædam de ſexu prolis conceptæ præſidenter diuinãt & pronunciant: quà ab inceſſu matrum, à motu huius aut illius tibiæ primum; à colore faciei, à valetudine &c.

* 3. De *Deitate prolis. Mater Domini mei* (inquit.) Tu Deum meum in ventre tuo geris. θεοτόκον illum cum Patribus Catholicis vocat, ac non tantum χριστοτόκον cum Arrianis.

Credo equidem (*nec vana fides*) *genus eſſe Deorum*. Virg. 4. ÆEneid.

Plena Deo es, Virgo, magno Iouis incremento.

* 4. De *fide Virginis*, ibi: *Beata quæ credidiſti*.

Crediďiſſe ait, imò etiam quid crediderit docet indiſtinctè; *perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino*. Luc. 1.

Actum fidei, & materiam fidei Marianæ ſcire ſe oſtendit.

* 5. De *futuris*, & promiſſorum impletione, *Perficientur* &c.

Oſtendit ſcire ſe, prçter iam exhibita, quædã alia Mariæ fuiſſe promiſſa in poſterum præſtanda.

Sed

Digitized by Google

Sed & Deum ſtaturum promiſſis.

Et nota ipſiſſima Angeli verba repetiſſe, *Benedicta tu inter mulieres.*

Prophetiſſa eadem fuit abſolutiſſima, quia omnium temporum
1. *Præteriti*; ibi: Iam mater es; & ibi; *Beata, quæ credidiſti.* Et ibi; *Ioannes eſt nomen eius : per prophetiam didicit, quod non didicerat à marito* ait Ambroſ. lib. 2. in Lucam.
2. *Præſentis*; ibi; Mater es, & quidem Domini mei; quod geris, de tua ipſius carne ac ſanguine ortum eſt, non ex aëre illapſum. Alioqui, quomodo verè mater?
3. *Futuri*; ibi; *perficientur ea quæ dicta ſunt tibi*; item ibi; *perficientur à Domino.*

Non enim prophetant ſinguli Prophetæ de quouis tempore, ſed hic de futuro, ille de præſenti, tertius de futuro, pauci de omnibus ſimul.

Propheria Moſis de creatione mundi & hominum, fuit de dudum præterito;

Ioannis Baptiſtæ, ibi, *Ecce Agnus Dei* &c. de præſenti fuit;

Paulus Diaconus. *Cæteri tantum cecinere Vatum*
Corde præſago iubar adfuturum,
Tu quidem mundi ſcelus auferentem
Indice prodis.

S. Maximus Ep. hom. 3. in die Nat. S. Ioan. Bapt. *Speciali quadam gratia, ob hoc Redemtorem mundi nouiſſimus prophetauit, vt oſtenderet eum primus.*

* 2. *Baptiſtam*; vtpote ad quem diuina iſta Sacerdos Dei munera maxima deferebat, pro xeniolis,

cre-

crepundiolis,& placentulis,quibus vos mulierum vulgus calathos impletis vt cognatis ac nepotibus naſcituris detis.

Deferebat ad Baptiſtam. { 1. *Gratiam iuſtificantem*; 2. *Gratiam gratis datam.*

★ j. *Gratiam iuſtificantem*, & quendam quaſi Baptiſmum,imò & Confirmationem , ne dicam etiam Euchariſtiam.

Baptiſmum inquam,id eſt, eius effectum remiſſionem ab originali & quidem adhuc in vtero exiſtenti,& vt ſic dicam ante tempus iuſtum . Nam nec Baptiſmus ante natiuitatem , nec Circumciſio ante octauum à natiuitate diem,conferri ſolet: Anabaptiſtæ non niſi adultis indulgent errore & impietate maxima , cùm dicat Chriſtus *ſinite paruulos venire ad me*:& congruum ſit ea ætate poſſe alieno ære redimi,qua potuerunt errore paterno perire.

Quam primum enim Maria Eliſabetham ſalutauit, Baptiſta baptiſmi gratiam recepit, & ex filio iræ factus eſt filius Dei.

Præſtitum tunc illud , Et *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* Luc.1.

D.Ambroſ lib.1. in Luc. *Vocem prior Eliſabeth audiuit,ſed Ioannes prior gratiam ſenſit.*

Verbum Chriſti, & Mariæ vox vocem illam in deſerto clamaturam ſanctificauit.

Fides illi & gratia hæc *ex auditu : auditus autem per verbum Dei*, ex ore Virginis.

★ *Confirmationis* etiam quoddam quaſi Sacramentum ei tunc contulit.

Hic dies Baptiſtæ penè talis Baptiſtæ fuit, qualis ille Pentecoſtes Apoſtolis.

Indutus etiam eſt tunc *virtute ex alto.*

Tum , etſi fortè non prorſus propenſio omnis humana ad peccandum ſublata eſt, nec fomes ille

peccati planè extinctus, tamen tanta vis tantuſquè imber gratiæ depluit ex alto in Iohannem, vt nulla niſi valde violenta tentatione ad peccatum mortale deinceps pellici poſſet.

Portæ inferi non præualebunt aduerſus eum. Matt. 16. Pſal. *Deus in medio eius, non commouebitur.*

Nos leuis aura deijcit? Baptiſtam vix AEolus ipſe cum tota turba ventorum ſuorum.

Nos ſclopi ac minuſculæ bombardæ ictus proſternit? Baptiſtam non ænea tormenta Aueſnenſium maxima, non balliſtæ Syracuſanorum, non quælibet machinę Archimedis.

Pumilius aliquis nos digiti impulſu aut arundine ſubruit? Baptiſtã nõ Gygas aliquis centimanus, aut Briareo ipſo corpulentior. Id eſt, quũ facilè quauis tentatiuncula nos vulgus peccemus; Heros iſte vix maxima tẽtatione ad peccãdũ trahi aut impelli potuiſſet, adeò fuerat hodiè gratia Dei confirmatus.

Sed & magna facilitate (non dico abſolutè) omne peccatũ veniale effugere potuit, cuiuſmodi peccatorum frequentiam facile vitare non eſt alijs cõceſſum Chriſtianis, quià aut rarò aut nunquam ſumus abſq; ſimili peccato, & ſcoria igne Purgatorij vt plurimùm decoquenda.

Apoſtoli id muneris ſacro die Pentecoſtes ſunt adepti.

Ab illo enim die *nunquàm poſteà peccatum aliquod mortale cõmiſerunt. Neſcio an cõmittere nõ potuerint; ſed hoc ſcio, quòd nunquã cõmiſerunt, & ſcio totũ regnum infernale omnibus vti debuiſſe ſuis viribus, priuſquam horũ aliquẽ ad peccandũ inducere potuiſſet .... ità vt non niſi extrema compulſi neceſſitate peccare potuerint...*

Quantum ad peccata venialia, an quiſquam eorum hic vnquam peccauerit, definire pòteſt nemo. ideoq; malo dicere, neq; hoc modo aliquem peccaſſe, quàm contrarium:

multò

multò enim hoc illo eſt veriſimilius. Aſſerere quidem auſim, quòd ſi quis deliquerit, illud fuiſſe tam rarum, & tam leue, vt nulla ſit illius habenda ratio. R. P. D. Cornelius Muſſus Ep. Ord. Min. concione de Aſſumptione B. Mariæ parte 3. interprete Mich. Iſſeltio.

Pſal. 74. *Ego confirmaui columnas eius.*

* *Euchariſtiam* etiam quodam modo ad illum detulit, Deum ſub aliena ſpecie, humana ſc. occultatum, Deum bis abſconditum & carne ſua, & ventre tam Mariæ quàm Eliſabethæ, & Deum magnum in parua corporis mole, & paruis membris credendum, adorandum &c.

* ij. *Gratiam gratis datam*; { 1. *Accelerationem vſus rationis*; 2. *Donum Prophetiæ*; 3. *Præcurſoris officium.* }

* 1. *Accelerationem* vſus rationis. Nam cùm alij quinquennium, alij ſeptennium, alij nouennium illi præfiniant, ego nullum certum ſciam niſi quòd vix vnquam accidat ante binatum: Baptiſta noſter certè anticipauit, qui in vtero matris ſexto circiter menſe hodiè obtinuit

D. Ambroſ. lib. 2. in Luc. *Præſentia Domini, Matris in vtero roboratur, qui infantiæ impedimenta neſciuit.*

Ibid. *In vtero ſitus matris, à menſura cœpit ætatis plenitudinis Chriſti.*

Iam poterat in vtero matris, vt Plato in Lycæo ſuo philoſophari, & in medio doctorum ſedere, adiurationiq; ipſis eſſe à doctrina & reſponſis.

Quidni? Virguncula illa Hiſpana 12. aut 14. annorum cuius imago ſculpta circumfertur quid nō agit? Miraculo ſimile eſt quod de ipſa in calce imaginis eius ſcribitur ſupra ſexum, ſupra ætatem, & ferè dixi ſupra hominem. *Maiora veris monſtra vix capiunt fidem.* Senec. in Troade, Act. 2.

* 2. *Donū Prophetiæ.* Agnoſcit enim Dominū ac Deū

peccati planè extinctus, tamen tanta vis tantuſq́ue imber gratiæ depluit ex alto in Iohannem, vt nulla niſi valde violenta tèntatione ad peccatum mortale deinceps pellici poſſet.

Portæ inferi non prævalebunt aduerſus eum. Matt. 16. Pſal. *Deus in medio eius, non commouebitur.*

Nos leuis aura deijcit? Baptiſtam vix AEolus ipſe cum tota turba ventorum ſuorum.

Nos ſclopi ac minuſculæ bombardæ ictus proſternit? Baptiſtam non ænea tormenta Auesnenſium maxima, non balliſtæ Syracuſanorum, non quælibet machinę Archimedis.

Pumilius aliquis nos digiti impulſu aut arundine ſubruit? Baptiſtā nō Gygas aliquis centimanus, aut Briareo ipſo corpulentior. Id eſt, quū facilè quauis tentatiuncula nos vulgus peccemus; Heros iſte vix maxima tētatione ad peccādū trahi aut impelli potuiſſet, adeò fuerat hodiè gratia Dei confirmatus.

Sed & magna facilitate (non dico abſolutè) omne peccatū veniale effugere potuit, cuiuſmodi peccatorum frequentiam facile vitare non eſt alijs cōceſſum Chriſtianis, quià aut rarò aut nunquam ſumus abſq; ſimili peccato, & ſcoria igne Purgatorij vt plurimùm decoquenda.

Apoſtoli id muneris ſacro die Pentecoſtes ſunt adepti.

Ab illo enim die *nunquàm poſteà peccatum aliquod mortale cōmiſerunt. Neſcio an cōmittere nō potuerint; ſed hoc ſcio, quòd nunquā cōmiſerunt, & ſcio totū regnum infernale omnibus vti debuiſſe ſuis viribus, priuſquam horū aliquē ad peccandū inducere potuiſſet .... ità vt non niſi extrema compulſi neceſſitate peccare potuerint ...*

Quantum ad peccata venialia, an quiſquam eorum hic vnquam peccauerit, definire poteſt nemo. ideoq; malo dicere, neq; hoc modo aliquem peccaſſe, quàm contrarium:

multò

ltò enim hoc illo eſt veriſimilius. Aſſerere quidem au-
,quòd ſi quis deliquerit, illud fuiſſe tam rarum, & tam
e, vt nulla ſit illius habenda ratio. R. P. D. Cornelius
aſſus Ep. Ord. Min. concione de Aſſumptione
Mariæ parte 3. interprete Mich. Iſſeltio.
Pſal. 74. *Ego confirmaui columnas eius.*
Euchariſtiam etiam quodam modo ad illum de-
it, Deum ſub aliena ſpecie, humana ſc. occulta-
n, Deum bis abſconditum & carne ſua, & ven-
tam Mariæ quàm Eliſabethæ, & Deum ma-
unı in parua corporis mole, & paruis membris
:dendum, adorandum &c.

ij. *Gratiam gratatam;*
- 1. *Accelerationem vſus rationis;*
- 2. *Donum Prophetiæ;*
- 3. *Præcurſoris officium.*

1. *Accelerationem* vſus rationis. Nam cùm alij
inquennium, alij ſeptennium, alij nouennium
præfiniant, ego nullum certum ſciam niſi quòd
vnquam accidat ante binatum: Baptiſta noſter
tè anticipauit, qui in vtero matris ſexto circiter
nſe hodiè obtinuit
D. Ambroſ. lib. 2. in Luc. *Præſentia Domini, Matris*
tero roboratur, qui infantia impedimenta neſciuit.
bid. *In vtero ſitus matris, à menſura cœpit ætatis ple-*
udinis Chriſti.
am poterat in vtero matris, vt Plato in Lycæo
philoſophari, & in medio doctorum ſedere,
urationiq; ipſis eſſe à doctrina & reſponſis.
Quidni? Virguncula illa Hiſpana 12. aut 14. an-
rum cuius imago ſculpta circumfertur quid nō
t? Miraculo ſimile eſt quod de ipſa in calce ima-
nis eius ſcribitur ſupra ſexum, ſupra ætatem, &
è dixi ſupra hominem. *Maiora veris monſtra vix*
iunt fidem. Senec. in Troade, Act. 2.
. *Donū Prophetiæ.* Agnoſcit enim Dominū ac Deū

ſuum, ſalutat, & vti poteſt, ſicut Dauid ante arcam, ante Matrem Domini tripudiat.

V. Beda in Luc. *Eliſabeth Mariæ, iſte Domini ſenſit aduentum: & quia lingua nec dum valuit, animo exultante ſalutauit.*

D. Bernard. ſerm. de Ioan Bapt. *Illum ſic præoccupauit flamma cæleſtis, vt iam Chriſti ſentiret aduentum, qui necdum ſentire poterat vel ſeipſum.*

Vt lucis prænuntius ales gallus gallinaceus lucem quàm nondum oculis videt, præſentit, ſic ille abditum Chriſtum clauſumq́; duobus quaſi vterorum maternorum parietibus agnoſcit tamen, quaſi per criſtallum videret intus refulgentem.

Indè (opinor) maximè dictus eſt poſtea à Chriſto *plus quàm Propheta*. Matth. 11. Etſi & aliæ eiuſdem nominis cauſæ, quas vide in noſtro Legato Apoſtolico.

Origenes homil. 7. in Luc. *Tunc primùm Præcurſorem ſuum Prophetam fecit Ieſus.*

* 3. *Præcurſoris officium.* Vel tunc primùm autorando, vel primum vtendi autoramento & iure ſuo occaſionem exhibendo.

Vt taceam, quòd cùm *nullus ignoret omnem paruulum materno ab vtero prodeuntem, inter ipſa lucis exordia mœſtis concrepare vagitibus; ſolus Baptiſta Domini, vltra legem naſcentium, natiuitatem ſuam lætitiæ exultatione præuenit*. Maximus Ep. ſerm. de S. Iohanne.

Plinius pro magno narret, vnum Zoroaſtrem Bactrianorum Regem, eodem, quo natus eſt, die riſiſſe: Baptiſta plus aliquid habuit qui etiam in vtero riſit, tripudiauit, & haud dubiè matri quoque gaudium fecit reliquo ad partum vſque tempore, & toti viciniæ natus recreationi publicæ fuit. *Plin. lib. 7. cap. 16.*

Iſaacum, id eſt, riſum vocare illum potuit Eliſabeth,

Digitized by Google

:th, & cum Sara dicere filio ſibi nato *Riſum fecit hi Deus: quicunque audierit, corridebit mibi.* Gen. 21.
3. *Zachariam, totam q. familiam.* Illum, quà vxo- vetulæ prægnantiq; ſuccurrebat, & hinc mœſtæ, iod ſe mutum tamdiu videret &c. quà Baptiſtã um ſic beari eius aduentu intelligebat &c.
Familiam, moribus probatiſſimis & facillimis.
Vt *intuentes Stephanum omnes, qui ſedebant in conci- ,viderũt faciem eius tamquam faciem Angeli.* (Act. 6.) tota familia Zachariæ, cum Mariam videbant, humeroſq; Deæ ſimilem, ſpecioſam præ filia- is hominum.

Non ſatiabatur oculus viſu, nec auris auditu.
Expleri mentem nequeunt.

Vt Regina Saba ſpiritu deficiebat ſpectans Salo- onem, ſic ibi omnes adſpectu gratiarum Mariæ.
Omnium erat norma Virtutum. Schola quæ- m & Vniuerſitas totius honeſtatis.
Verè verè & Zacharias, & Eliſabetha, & Bapti- ,& familia tota, quiſque pro ſe dicere poterat od Salomon de Sapientia. *Venerunt mibi omnia ia pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per ma- illius*, quiſque ſua ab illius aduentu beneficia mmemorando,
Obed-edomi domum non tam bearat arcæ æſenta trimeſtris, quantum illam familiam to- n Mariæ trimeſtris conuictus. 2. *Regg.*
Sed nec Putipharis domus beatior Ioſephi fa- ılatu. *Geneſ.*
Non Cælij domus lætior aduentu Cereris ho- te, cum fortè raptam quæreret Proſerpinam.
Ferunt enim, cum is Cælius Rex Eleuſin ciuita- Atticæ prouinciæ non longè ab Athenis Cere- m filiam quærentem liberaliſſimè hoſpitio ſuſ- piſſet, Cererem rependij vice ei omne genus a-

griculturæ oſtendiſſe; filiumq́ eius Triptolemum recés natum alendum ſuſcepiſſe, cumq́ ipſum immortalem optaret reddere ſic noctu igne fouiſſe, ſic interdiu diuino lacte nutriſſe, vt pater ipſe filium adeò ſubcreſcere miraretur. Quin etiam eum benè edoctum totam ſerendarum frugum rationem, currui, qui à draconibus alatis traheretur, ſuperpoſuiſſe, miſiſſeq́ per totum orbem, doctorem admirandum vſus frumentorum, adeoq́ inuidendum, vt Lyndus neſcio quis eius hoſpitis ſui inuidens gloriæ, eius vitæ inſidiaretur. *Seruius.*

Non Delos inſula fortunatior aut ſtabilior, à Latonę partu, cum antea ſemper, inſtar nauis, mobilis atque inſtabilis eſſet.

Quidquid aniliter fingitur de Faunis hoſpites ſuos beantibus (*Fees* Galli noſtrates vocant) nihil ad beatitatem toti iſti familiæ importatam ab hac diuina hoſpita Maria

Venerunt omnia bona pariter cum illa.
Hodiè ſalus huic domui facta eſt.

Sed ſi tam felices facit ad quos laborioſè ac pœnè ſeruiliter venit, quam felicitabit eos qui ad ſe viſitandam, colendam, & ad ſua templa Ceruienſia, Hallenſi, Mont-acuta &c. religioſè viſitanda adcurrent?

Si ſic venit ad non inuocantes, nihil de ſe cogitantes, ſic beauit; qualis erit in toto pectore illi ſubplicantes?

Si ſic *cum feſtinatione* venit ad iſtos, quam feſtinanter ad ſupplices aduolabit?

Notandū enim & curſim illud, *Cum feſtinatione.*

Particula (*cum feſtinatione*)	1. *Doctrinalis eſt, & fidei;*
	2. *Moralis.*

* 1. *Doctrinalis* &c. Docet enim Virginem fuiſſe ſine grauedine & nauſea grauidam, beneficium illi ſingulare.

Cæte-

Cæteris in conceptu quot faſtidia! quot ſpaſmi animorum deliquia &c.
Adeò infirmæ ſunt tibijs totoq; corpore, vt ve-m cordis(quod aiunt)illis præſectam diceres, & fracta in incude oſſa tibiarum brachiorum &c. tis iſta melius mulierculæ, quam nos viri.
Geneſ. 3. *Multiplicabo ærumnas tuas* &c.
D. Bern. ſer. de verbis Apoc. 12. *Sola prægnantium diū non ſenſit, quæ ſola ſine libidinoſa voluptate cōcepit.*
Vt ſenex Simeon puerum portabat in Purif. puer 1em regebat: ſic tum Mater Ceres & Geres illius at, ſed puer quoq; baiulus matris erat.
Non tum Matrem illud dulce pondus prægra-bat, vti aliquaudò Chriſtophorum ſe per flu-en tranſuectantem: ſed magis vt Martyrium mo-chum ſubleuabat.
Quod alæ auibus, vela nauibus, rotæ curribus, ıc ſua proles tunc Mariæ fuit.
Sunt alæ quidem auibus graues, & vela nauibus rotæ curribus, ſed ſic, vt motum omnium fa-ınt faciliorem.
Chriſtus quoq; quà corpus habebat, Matri gra-; erat; ſed quà Deus, ipſam vectabat, & illi pro a-, pro velis ac rotis erat.
Adde, quòd pedibus Virginis alas addiderant mor, Amor, ac Pudor.
Deniq;, quòd Spiritu S. plena erat, vt vento na-;, vt res omnes igne repletæ, vt malogranata illa llica igne & puluere tormentario plena cùm in-mmantur.
Neſcit autem *tarda molimina Spiritus Sancti gratia.* Ambr. hic.

2. *Moralis*; ɔcet enim
- 1. *Properandum in bonis*;
- 2. *Fœminis non morandum in publico*;
- 3 *Non multo cultu vtendum*;
- 4. *Promtitudinē Mariæ in ſuis adiutandis.*

* j. *Properandum in bonis.* B. Virgo abire domo feſtinat, mòx ab Angeli receſſu, audita ſemeſtri iam Eliſabèthæ conceptione, ne vltima ſit ad congratulandum, ne ſerior veniat ad ancillandum. Parere fortè vetula ante eius aduentum potuiſſet, menſe ſeptimo, quoto etiam ſunt fœtus benè vitales.

Bis dat, qui citò.

Senec. lib. 1. de benef. c. 12. *Et gregalia quoque poma etiam poſt paucos dies itura in faſtidium, delectant, ſi prouenêre maturiùs.*

Idem. *Tardè dare nolentis eſt.*

Et Periculum ſæpè in mora. Venitur poſt prælium. Mortuo ſorbitiuncula præparatur.

Spes quoque *quæ differtur adfligit animam.*

Nos tamen contra in bonis teſtudines, & elephãtes in malis aquilæ ſumus & fulmine ocyores.

Pedes eorum in malum currunt. Læſi ſumus? craſtinam lucem expectare vix poſſumus ad vltionẽ. D. Paulus trucidandus ante cibi ſumptionem. *Act.*

* ij. *Fœminis non morandum in publico.*

Eraſm. Paraphr. in cap. 1. Luc. *Amat ſecretum Virginitas, non euocatur ab ædium intimis, niſi prouocet officium: in publico properat, in officio lentior eſt. In toto itinere neminem Maria ſalutauit, donec ventum eſſet ad Eliſabeth.*

Neminem in via ſalutaueritis, aiebat Chriſtus Apoſtolis.

D. Ambroſ. lib. 2. in Luc. *Diſcite ergò & vos virgines non circumcurſare per alienas ædes non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera, feſtinat in publico.*

Quædam pauonum quaſi greſſibus & teſtudineo gradu incedunt, & compoſitiſſimo motu; dicas muſicè procedere.

Spe-

Digitized by Google

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ.
Singulis obuijs adhæreſcunt, vt naues ſcopulis.
Rem non tam ſæpè domeſticam, quam Vene-
:am adcurant.
In forum eunt, ſed non tam emere quidquam
ıpientes, quam venales eſſe.
Vulgò iactatur, gallinam plurimum gracillan-
m aut ſtatim ouum depoſituram, aut iam poſu-
e.
Prou. 4. *Currens non habebis offendiculum.*
Vidiſti hominem velocem? coram Regibus ſtabit.
Vide noſtra Gallica in illud Luc. 15. *Vidit illum*
ıter, & accurrens &c.
iij. *Non multo cultu vtendum* proceſſuris. Feſtina-
› hæc Mariæ contemptum cultus & mundi mu-
:bris indicat.
Sannazarius lib. 2. de partu virg. *Ergò adcincta*
æ, nullos ſtudioſa paratus
Induitur, nullo diſponit pectora cultu:
Tantum albo crineis iniectu veſtis inumbrans, virtu-
m omnigenarum ornatu abundè contenta.
Cæterę nunquam ſtudioſiùs exornantur, quam
m ſunt in publicum proceſſuræ.
Terent. in Eunucho, Act. 5. ſcena 4. *Dum foris*
ıt, nihil videtur mundius,
Nec magis compoſitum quicquam, nec magis ele-
ns.
Idem in Heaut. Act. 2. ſcen. 2. *nôſti mores mulie-*
m?
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.
Virgil. 1. AEneid. *Regina ad templum forma pulcer-*
ıa Dido
Inceſſit magna iuuenum ſtipante caterua.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros.

Digitized by Google

Incedunt ſerico & gemmis graues, *circumornatæ*, ſæpè & gypſatæ, *vt ſimilitudo templi.* Pſal.

Aliàs tamen domi ſordidiſſimæ, & lacernis triſtiſſimis, pannoſiſſimis, & ſordidiſſimis contentæ.

Itaque rectè ſe in caput ſuum mentiri docent, cum ſe oculis maritorum ornari excuſant.

Sic magna fit iactura temporis.

Sic ſeriora aduentant auxilia neceſſarijs laborantibus.

* iiij. *Promtitudinem* Mariæ in iuuandis ſuis.

Paratior illa adiutare, quam nos eius opem implorare.

Sufficit ſubindicaſſe moleſtias, egeſtates &c.

Antequam clament, ego exaudiam.

Igitur illam amemus, & colamus vnam poſt Deum.

Imaginemur illam dulciſſimam matrem quemqúe noſtrum ſic alloqui.

Terent. in Eunucho ſcena 2. Act. 1. D*ies noctesq́ me ames, me deſideres,*

Me ſomnies, me expectes, de me cogites,
Me ſperes, me te oblectes, mecum * *totus ſis* * al. (*tota.*)
Meus fac ſis poſtremò animus, quandò ego ſum * *tua.*

Ouid. *Tua ſim, tua dicar oportet.*

III.

An Clauſtralibus, & voto Caſtitatis adſtrictis expediat parentes & amicos viſitare, etiam mouente charitate.

Sed dicat aliquis. Ergone licet monachis, & Caſtitatem perpetuam profeſſis iuratisq́, qualis certè hæc Virgo fuit, ſeptis monaſteriorum egredi ad ſuos ventitare, viſitare &c?

Sunt

Sunt qui negent.

Climacus in 3. gradu ſcalæ. *Qui à ſæculo peregri-ntur, mundum iam nullatenus adtingant. Solent enim u ſopita vitia reuiuiſcere.*

D. Baſil. conſt. cap. 20. *A propinquis, amicis, paren-buſue, animi affectione nos tam longè oportet eſſe diſiun-os, quàm longè eos, qui iam ſunt vita functi à viuis vide-us diſtare.* Si affectione, ergò corpore multò ma-s.

Quàm rari ſunt animarum vita defunctorum l parentes viuos aut alios reditus aut apparitio-s!

Abrahã nullũ ex mortuis emittere voluit quã-et flagitante diuite Epulone, non pro quinq; fra-um eius ſperata ac probabili conuerſione. *Luc.* 16.

Chriſtus à mortuis rediuiuus à Magdalena ſe ontingi vetuit.

Idem adoleſcenti ſepulturienti parentes dixit, *ne mortuos ſepelire mortuos ſuos.*

Nemo mittens manum ad aratrum & adſpiciens trò, aptus eſt regno Dei.

Pſal. 44. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & liuiſcere pop. tuum, & domum patris tui.* nota *Obli-ſcere.*

Deut. 33. *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: neſcio vos, fratribus ſuis: Ignoro vos: & neſcierunt filios ſuos. Hi ſtodierunt eloquium tuum & pactum tuum ſeruaue-nt, iudicia tua, ô Iacob, & legem tuam ô Iſraël: ponent ymiama in furore tuo & holocauſtum ſuper altare um.*

Sic Chriſtus aliquandò concionem habens an-intiãti matrem ac conſanguineos adeſſe ac collo-iium poſcere duriuſculè reſpondit; *Quæ eſt mater ea, & qui ſunt fratres mei &c.*

Et alias matri in medio doctorum; *Quid eſt quòd me*

me quærebatis? neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?

Et non temerè dictus Melchiſedech Sacerdos Dei Altiſſimi *ſine patre, ſine matre*. Inſinuatum eſt cumprimis, illum omnem in parentes cæcum affectum exuiſſe *Geneſ.*

D. Bernard. ſer. 7. de conuerſione ad Sororem. *Serui Dei, qui parentum ſuorum vtilitatem procurant, à Dei amore ſe ſeparant.*

Seneca .... *Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge & vnum.*

Vnus pro populo mihi eſt, & populus pro vno. Mihi ſatis eſt vnus, ſatis eſt nullus.

Quoties inter homines fui, minor me redij.

Qui de Ieruſalem egreditur, ſtatim incidit in latrones, ſpoliatur, vulneratur, occiditur. *Luc.* 10.

Climacus gradu 3. *Vtilius eſt parentes mœrore afficere, quam Deum.*

Io. Caſſianus collat. 24. cap. 5. *Intra cellam anxiati, ſi progrediendi ſæpiùs libertatem ſibi remiſſa diſtrictionis lege conceſſerint; acriorem aduerſum ſe peſtem hoc (vt putant) remedio ſuſcitabunt: ſicut gelidiſſima aqua hauſtu vim internarum febrium quidam reſtinguere poſſe ſe credunt, cum vtique accendi ex hoc ignem illum conſtet potiùs, quàm ſedari: ſiquidem momentaneam illam releuationem multo grauior conſequetur afflictio.*

Apollo Abbas exemplo ſuo probat non etiam ex charitate in proximum emigrandum.

Caſſianus Collat. 24. cap. 9. *Ad hunc* Abbatem Apollo *ſenem cum germanus ſuus intempeſta nocte veniſſet, implorans, vt de monaſterio ſuo pauliſper egreſſus, ad euellendum bouem, quem cœno plauſtri eminus inhærere flebiliter quærebatur, ei eſſet auxilio, quia eum ſolus nequaquam poſſet eruere; Abbas Apollo pertinaciter obſecranti, Cur (ait) iuniorem fratrem noſtrum, quem, prateriens,*

us, propiorem quàm me, habueras, non rogaſti? Cumq́; eum mortem olim ſepulti fratris oblitum, & ex nimia itinentia ac ſolitudinis iugitate, velut impotem mentis ſtimans, reſpondiſſet; Quemadmodum poteram de ſe- ro eum, qui ante annos quindecim obijt, inuocare? Ab- Apollo: Ignoras ergò, ait, me quoque ante annos viginti c mundo fuiſſe defunctum, nullaq́; iam poſſe de huius æ ſepulcro, quæ ad præſentis vitæ pertineant ſtatum tibi ferre ſolatia, quem in tantum Chriſtus ab intentione rtificationis arreptæ vel modicum* al (modum.) ad rahendum bouem tuum non patitur relaxari, vt ne uiſsimi momenti inducias pro patris indulſerit ſepultu- quæ multò vtique celeriùs, honeſtiùs, religioſiùs fuerat ıbenda.*

Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, vox nachi nomen ſuum intelligentis.

Caßianus lib. 5. Inſtit. cap. 32. Memorat exem- m fratris cuiuſdam, ex quo intelligi facile eſt, ım eſſet futurus alienus ab emigratione ad ami- , quum eſſet tam alienus à lectione vel litera- n ipſorum. *Cùm ei* (inquit) *poſt annos quindecim Pa- ac Matris, Amicorumq́; multorum de prouincia Ponti plures epiſtolæ delatæ fuiſſent, accipiens grandem faſ- lum literarũ, diuq́; apud ſemetipſum voluens: Quan- um, inquit, cogitationum cauſa erit mihi harum le- , quæ me vel ad inane gaudium, vel ad triſtitias infru- ſas impellent! Quot diebus, horum recordatione qui ſerunt, intentionem pectoris mei à propoſita contem- ione reuocabunt! Poſt quantum temporis digerenda ec mentis concepta confuſio? Quantoq́; labore rurſùs ranquillitatis reparandus eſt ſtatus, ſi ſemel animus, rarum permotus* affectu,* al. (affectus.) eorumq́; iſendo ſermones ac vultus, quos tanto tempore dere- t, iterùm eos reuiſere, ipſiſque cohabitare, & animo ente cœperit intereſſe! Quos profectò corporaliter deſe-*

Digitized by Google

deſeruiſſe nihil proderit, ſi corde eos incipiat intueri, ac memoriam, quam ſeculo huic renuncians quiſque, velut mortuus, abdicauit, reuiuiſcens, eamdem rurſus admiſerit Hæc voluens in corde ſuo, non ſolùm nullam reſoluere epiſtolam deſiniuit, ſed ne ipſum quidem faſciculum reſignare, ne ſcilicet eorum qui ſcripſerant vel nomina recenſendo, vel vultus recordando à ſpiritus ſui intentione ceſſaret. Itaque vt eum conſtrictum ſuſceperat, igni tradidit comburendum, ite, inquiens, cogitationes patriæ pariter concremamini, ne me vlteriùs ad illa quæ fugi reuocare tentetis.

Quàm ægrè ad ſuos emigraſſet ille, qui noluit vel vultus ſuorum recordari!

Pior Abbas D. Antonij diſcipulus talis, qui ne ad ſororem quidem ægram venire voluit, & iuſſus ab Abbate ire, clauſis oculis ſe illi videndum præbuit. *Pallad. Lauſ. hiſt.* 43.

Quidam veteres Ethnici huc conſenſiſſent, qui Philoſophos putant ad Rempub. gerendam accedere non oportere, de quibus Cic. 1. Off. multò enim minùs ad priuatam priuatorum accenſiſſent.

Ligna ipſa ſi loqui poſſent idipſum reſponderēt, quod olim Oliua dicentibus. *Impera nobis: Nunquid* (aiebat) *poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur & homines, & venire vt inter ligna promouear?* aut quod ficus: *Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam fructuſq; ſuauiſſimos, & ire vt inter cætera ligna promouear?* aut quod vitis: *Nūquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat* Deum *& hominès, & inter ligna cætera promoueri?* Sola Rhamnus regnum oblatum ſuſcepit. *Iud.* 9.

Ratio. Charitas benè ordinata incipit à ſeipſo.

Cant. *Ordinauit in me charitatem.*

Si quem non pôſſum erigere iacentem, niſi rūens ipſe, tum charitatis ordine ab officio illo abſoluor.

Nemo

Digitized by Google

Nemo tenetur alterius bono malus eſſe.

Sed contra eſt illud Platonis; *Non nobis ſolùm nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.* Cic. 1. Off.

Eccli. 17. *Mādauit illis Deus vnicuiq; de proximo ſuo.*

Lex Euangelica non tollit legem naturæ.

Et quandocunque aliquid in Euangelio occurrit quod videtur rectæ rationi aut honeſtati repugnare, myſticè eſt interpretandum.

Deindè, *Otium ſanctum quærit pietas, negotium ſuſcipit charitas,* ex mente D. Auguſtini.

ſpōdeo, immò duo genera ... uſtra... n

1. *Liberorum à publicis conuentibus*, vt ſunt Benedictini, Carthuſ. &c.
2. *Adſtrictorum publicis* officijs, *concionibus* &c. vt ſunt mendicantium Ordines, maximè Prædicatores, & Franciſcani, ex S. Claræ reuelatione.

Primis excurſiones aut emigrationes magis timidæ, ſecundis multò minùs.

Secundò, duo genera clauſtralium
1. *Fortium,*
2. *Debiliorum.*

Abbatis Abrahæ oraculum eſt; *Si eadem quis agere eodem affectu atq; propoſito aut diſsimili virtute tentauerit; profectò exindè laqueum deceptionis & mortis incurrit, vnde alijs æternæ vitæ fructus acquiritur.* Apud Caſſianum collat. 24. c. 8.

Et dat duo exempla; Vnum, Dauidis arma incōgrua Saulis deponentis & congrua tela capientis vt Goliathum debellaret. Si enim viro conuenientem armaturam tunc induiſſet, perierat.

Alterum, nationum quarundam facilius perferentium vel magnam vim frigoris, vel ardorem ſolis quam aliæ cœli inclementiam non expertæ, ob conſuetudinem quę hoc illis verterit in naturā.

For-

Fortibus igitur & Virtuti diu aſſuetis (cuiuſmodi & virgo Maria fuit) emigrationes minùs formidandæ : Infirmis & adhuc tironibus valdè metuendæ.

Et de iſtis ſunt illa quæ vetant: de alijs quæ permittunt aut iubent:

* *Tertiò*; diſtinguendos qui viſitantur in { 1. *Probos*; 2. *Valdè peruerſos* &c.

* 1. *In Probos*. Nam ad hos tutò licet tranſire. Id enim eſt quaſi è monaſterio vno ad monaſterium aliud transferri.

Tales Zacharias & Eliſabeth fuere *ambo iuſti coram* Domino &c.

* 2. *Valdè peruerſos*, vt fuerunt Achab, & Herodes. Ad hos ire non niſi fortium eſt, vt Eliæ, vt Baptiſtæ, vt eius Eremitæ, qui, cultu mutato, lupanar eſt ingreſſus, vt neptem reduceret &c.

Primùm regionis veſtræ, atque huius inter ſe penſanda ſunt inſtituta : deindè vires hominum iugi vel virtutum vel vitiorum aſſiduitate collectæ, diuerſa inuicem lance trutinandæ, ait Abbas Abraham apud Caſſianum collat. 24 c. 8.

Cæterum notandum omnibus æquè ſolitarijs viris fœminiſquè quod Magnus ille Antonius reſpondit ijs, quos Conſtantinus Cæſar videndi eius deſiderio ad illum miſerat, vt ad palatium ſe adducerent; *Solitudo Monachis ornamento, velut piſcibus aqua alimento: & velut hi in continentem recepti, vitam; ita illi in vrbes egreſſi, monaſticam amittunt diſciplinam & grauitatem.*

Paleæ, & micæ.

* 1. *Vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit* &c. Maria virgo rariſſimè loquuta legitur, & quoties loquuta, toties miraculum ſubſequutum eſt.

Dictus

Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda.
Horat.

Sonet vox tua in auribus meis, ô Virgo, ac ſæpè quim!

2. *Beata quæ credidiſti* &c. Quantum fidei bonum. D. Hierony. ep. 24. ad Apronium lib. 1. êdit Ca-. *Melius eſt panem mendicare, quàm fidem perdere.* Idem ibid. ep. 23. ad Riparium Preſbyt. *Nobis lius viſum eſt locum mutare, quàm fidei veritatem, aciorumq́; & manſionis amœnitatem amittere, quàm um communione maculari quibus inpræſentiarum aut 'endum erat, aut certè quotidiè non lingua, ſed gladijs iicandum.*

Beata quæ credidiſti &c. Vox Solonis ad Crœſum preſſa ab Ouidio eſt; *diciq́; beatus*
Ante obitum nemo, ſupremaq́; funera debet. Lib. Metam.

3. *Exurgens Maria venit* &c. comitante eam Ioh, ait Eckius hom. 1. de viſitatione. vide ibi ranem.

4. *Venit, manſit ibi* &c. Solent homines, quò vene-, ibi ſui monimenta quædam relinquere.
Vbique relinquamus ſigna luxuriæ noſtræ.
Pſal. *Poſuerunt nomina ſua in terris ſuis.*
Columnæ Herculis celebrantur, quæ in Gaditanſula fuiſſe dicuntur ex ęre octo cubitorum, ad is proficiſci ſolebant, qui nauigationem abſolent, tamquam Herculi ſacra facientes.
Alex. Macedo quum ad Brachmanes Inſulæ Oni incolas religioſiſſimos perueniſſet, columnæ ripſit, *Ego Magnus Alexander Rex, huc vſq́; perueni.* Virgo Maria ſignum ſui Aduentus in domum chariæ, poſuit in Baptiſta iuſtificationem, in Ebetha prophetiæ donum, in Zacharia conſola-

tionem, in tota familia inſtructionem admirandã.

5. *Manſit tribus menſibus.* Beda ſup. Lucam. *Itaque tamdiu permanſit Maria donec Eliſabeth partus tempore completo Præcurſoris Domini ſui (propter quem maximè venerat) natiuitatem videret, & ſic in domum ſuam reuerſa eſt, videlicet ad virum ſuum in Nazareth.*

Videor etiam alicubi legiſſe, Mariam Baptiſtæ ſua vbera ſugenda præbuiſſe. Et quidni?

Ioannes tamen Bonifacius in ſua hiſt. virg. lib. 1. c. 11. in fine ſic ait: *Falſum illud eſt, quod nonnulli crediderunt, Mariam in Zacharia domo Eliſabethæ adfuiſſe parienti, & Sacerdotis obmuteſcere deſinentis miraculum ſua honeſtauiſſe præſentia. Nam ex Lucæ verbis intelligitur paulò ante Eliſabethæ partum receſſiſſe. Decebat enim Mariam abeſſe partus tempore propter illorum multitudinem, qui ſanctam matronam viſuri eſſent, deq; nato puero gratulaturi. Hanc Theophylacti, Euthymij, & Ruperti Tuitienſis Abbatis ſententiam duco eſſe veriſſimam.*

IN S. BERTINI, ODOMAROpoli, in ſupplicatione publica, vtroque Collegio Bertinianorum Monachorum, & Canonicorum præſente, delatis ſanctis vtriuſque Collegij feretris, cùm ſc. Hollandi in Flandria hoſtiliter irrupiſſent, anno 1600. 2. Iulij. Dominico die & feſto Viſitationis.

Thema. *Erigamus deiectionem populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & pro ſanctis noſtris.* 1. Machab. 3.

HAEC ſunt verba Iudæ & fratrum eius, irruente in fines ſuos Antiocho, quibus mihi vti liceat irruen-

ıentibus nunc in Flandriam Hollandis Antio-
s.

Vidiſtis mecum pompam ſupplicationis (Auditores &c.)

Gauiſus ego vehementer, & pompâ feretro-
ı,& collectione tam ingenti populi, & duorum
llegiorum occurſatione,more antiquo,ſepultis
litibus tentatis.

'eciſtis omnes Catholicè, more veſtro.

'eciſtis,more ſancto,eoq́ etiã Ethnicis vſitato.

plicationes enim ituta, ad { 1 *Gratiarum actionem*; 2. *Obſecrationes, & nouorum beneficiorum petitiones.*

Certè Moyſes merſo Pharaone victor,ait; *Can-us Domino*, &c. tam de beneficio libertatis acce-
gratias agens,quam de cæde hoſtili, & illa tan-
ne victorum puluere,victoria.

Apud Ethnicos olim etiam,re fœliciter geſta, ex
atuſconſulto templa aperiebantur, diuorumq́
ulacra in lectulis collocabantur, populo certa-
ad puluinaria confluente & gratias agente; quę
Latiniſſima voce ſupplicatio dicebatur.

Cæſar. lib. 4. belli gallici. *His rebus geſtis ex literis
ıris dierum 20 ſupplicatio à Senatu decreta eſt.*

Cicer.3. in Catilinam in fine. *Supplicationes ad o-
ı puluinaria* &c. *Idem Philipp.*14. meminit ſuppli-
onis 50. dierum.

ur his exemplis,ſup- atio hæc veſtra eſt à lici cauſa { 1. *Gratiarum actionis*; 2. *Poſtulationis gratia no-ua.*

. *Gratiarum actionis.*

Gratias enim debetis Deo, maximas, quòd im-
'antibus Sanctis iſtis, quorum hic videtis reli-
as,in feretris,datæ vobis pluuiæ de cœlo &c. ac
epulſa fames valdè apparens, & penè in ianuis
umeris noſtris. H 2 Et

Digitized by Google

Et horum Sanctorum reliquijs debuiſtis honorem quem hodie exhibuiſtis, vt tanti boni impetratoribus. *Tu ſceptra Iouemq; huic vrbi*
Concilias, ô par Sanctorum nobiliſſimum.

Adde; quod duo hi legislatores tui ſunt ac Doctores, qui te (ô Odomaropolis) fide Chriſti imbuerunt. *Si Magiſtris non redditur æquiualens*: quid reddatur fidei Doctoribus.

Et ipſorum vnus, Bertinus ſc. eſt mænium tuorũ, per ſequaces ſuos, primus fundator, (vt audio.) Collem, vel illam in colle ſitam arcem, aduerſus Normannos Monachi Bertiniani dicuntur erexiſſe.

Adde; quod Sancti iſti duo conſeruatores tui fuêre irruentibus nuper nocte Francis, & quidem per dolum nouo tormenti belli genere perruptis iam aliquot portis tuis.

Quantum ergò Roma Romulo fundatori; Numæ Pompilio Legislatori; Camillo ſeruatori olim debuit; tantum vt minimum vos his Sanctis debetis chari Audomarenſes mei.

Quatuor igitur de cauſis colendi iſti vobis; ob {
1. *Interceſſionem*;
2 *Legislationem*;
3. *Fundationem murorum*;
4. *Conſeruationem*.
}

Nunc verò poſtulationis maximè gratia eſt ſupplicatum. Poſtulaſtis enim (aut profectò poſtulare debuiſtis) per hos à Deo opem vobis Patriæqúe in Hollandos, qui iam ad Neoportum irruerunt &c.

Cauſæ opis poſtulandæ, tres vt minimum, {
1. *Patria*;
2. *Vicinia*;
3. *Religio*.
}

Videndum enim, quid debeamus omnes {
1. *Patriæ*;
2. *Viciniæ*;
3. *Religioni*.
}

Ac

Ac de his tribus hodiè dicam, neceſſitate publi-
a ita imperante.

Nam de Viſitationis feſto hodiè tacebo omni-
ò, bona pace ac venia Virginis-Matris.

Niſi quòd interim notandum vobis pleriſq; qui le ſuperioritate &c. hactenùs litigaſtis, Mariam, vt ſalutaret Eliſabetham, priorem veniſſe, etſi eſſet ipſa longè dignior; neque eam apud ſe dixiſſe; Egone mater Dei, & adhuc Deo plena prior adirē, prior ſalutarem? &c. Veniat ipſa prior, gratulatura &c. ſed quò maior, hoc humilior fuit, verè Dauidis filia non degener. Neque igitur vos dicatis: Noſne hoc nomine, iſto titulo priores, iſtos honore præueniemus &c? Sinite iſta filijs huius ſeculi, ſinite imitatoribus eius qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Filij enim eſtis Chriſti, qui dixit, *diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Sed hoc obiter notato, dicamus A V E.

I.

Quantum patriæ debeatur.

Multis nominibus patriæ multum debemus, abſque controuerſia.

Plato in Critone. *Patri & matri, & progenitoribus omnibus, patria anteponenda, atq; eſt venerabilius quiddam ſanctiuſque .... colereq; eam oportet magis eiq; obedire, ac rigidius ſe gerenti mitius aſſentiri, quàm patri..... Ac ſiue mandarit verberari te, ſiue in vincula conijci ſiue in prælium miſerit ad vulnera excipienda, mortemq; ſubeundam, obediendum eſt omninò.... aut certè verbis, quatenus iuſtum eſt, vti licet, ad perſuadendum illi, eamq; placandam.*

Hierocles apud Stob. ſer. 37. *Eſt patria per Iouem, velut alter quidam Deus, & primus maximusq; parens. Quare qui nomen ei impoſuit à re ipſa, non temerè patriã nominauit, vocabulo quidem à patre deducto, pronuntiatota-*

to tamen fœminina terminatione, vt ex vtroque parente mixtum eſſet. Atque hac ratio inſinuat patriam vnam ex æquo duobus parentibus colendam eſſe. Et cùm præferat honorem patriæ, ne ſimul quidem parentes ambos maioris fieri concedit, ſed æquali honore dignatur. Hæc ibi.

Ex Platonis Critone: *Patria parentum noſtrorum parens.*

Huius gloriam, huius fœlicitatem velis remiſq; promouere, huius calamitates manibus pedibusq; amouere omnes decet, etiam ante parentum decus &c.

Hinc illud vulgò cantatiſſimum, *Pugna pro patria.*

Stob. ſer. 37. Ariſtides rogatus, quæ res in exilio eum maximè afflictaſſet, reſpondit, *dedecus patriæ malè audientis mei cauſa exilij.*

Ibid. Pythagoras quoque interrogatus, *quî gerere ſe oporteat erga patriam ingratam*; reſpondit, *vt erga matrem.*

Olim Ethnici ipſi pátriæ tuendæ impenderunt ſua ac ſeipſos.

Hiatum terræ, domos Romani fori vniuerſas iàm iàm ſenſim vorantem, atque vrbem totam inficientem peſte, opplere conatæ mulieres Romanę iniectis monilibus &c.

M. Curtius ſeipſum in eam voraginem armatus iniecit.

Codrus pro patria non timidus mori.

At quorſum hæc? Dicam.

Patriam noſtram, omnium communem matrē, affligi iam atque inuadi ab Hollandis &c. videtis; opem illa veſtram inclamat, viros & vires poſcit, opes opemqúe omnem, & preces ad Deum ardentes & multas &c.

An ſurdis vobis narrabit fabellam?

Cogi-

Cogitate, ſi matrem veſtram iam vietam ſenioq́ confectam, edentatam, à nebulone raptari capillis, peſſundari, euiſcerari &c. videretis; an non opem quam poſſetis, & quam poſſetis ocyſſimè ferretis, & in nebulonem tota vi inuolaretis? *Arma amens capio, nec ſat rationis in armis.* 2. AEneid.

Sed iam Patria, parens ac mater communis omnium noſtrum ab Hollandis, Anglis, Francis, raptatur &c. Opem ergò afferte citiſſimè, quam quantamq́ poteſtis.

Deo pro ſalute eius nunc ſupplicate: Sanctorum tutelarium veſtræ vrbis, quorum feretra hodiè detuliſtis, opem implorate. Etſi enim forſitan indigni ſumus nos qui exaudiamur, certè hi Sancti digniſſimi ſunt.

II.

Quid vicinia debeatur.

Sed hoſtis adhuc procul. Nondum Annibal ille Hollandus Mauritius ad portas.

At certè ipſa vicinia iàm iàm opem poſtulat, in cuius iam agris Hollandus populatùr, & quaſi iam in viſceribus ac corde graſſatur. *Arma viri, ferte arma; vocat lux vltima victos. Iam proximus ardet Vcalegon.* 2. AEneid.

Viciniæ magna vis, & vicinorum inter ſe magnum vinculum.

A bona multum boni, à mala mali etiam plurimum & paratiſſimum.

Ad illos amicos prima refugia.

Amice, Accommoda mihi tres panes, ait ille media licet nocte, cum ad eum imparatum hoſpes inexpectatus aduentaſſet.

Heſiod. lib. op. & dies. *Si quadomi inciderit tibi res, tunc illuc omiſſis*
Adſunt vicini Zonis, cinguntur at ipſi
Affines.

Dum moliuntur dum comuntur alij amici, conſanguinei, affines &c. *annus eſt.* Terent. de mulierum mora.

Luc. 15. Vidua, inuenta drachma, conuocat vicinas ad congratulationem.

Audierunt vicini & vicinæ Eliſabethæ partum, & congratulabantur ei.

Heſiod. *Noxa malus vicinus, at eſt bonus auxilium ingens.*

Itaque Themiſtocles prudenter & lucroſè qui cum prædium quoddam vellet vendere, hoc præconem addere iuſſit *Quod vicinos etiam haberet bonos*, ſperans ita fore vendibilius *Plutarch.*

Vicini domum qui videt conflagrantem, mòx adcurrit, aquam & ſcalas confert &c.

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Aliquid mali propter vicinum malum ferendum, ſubeundum.

Heſiodi ſenſo; *Non pereat tibi bos, ni vicinus malus adſit.*

Adflictæ iam Flandriæ adeò vicini eſtis, vt eam propè manu attingatis, & pars eius aliqua in veſtris ſit ſuburbijs. Altipontis (vt vocatis) illa flagrat hoſtilibus. Flandria hoſtilibus iam incendijs flagrat, aquam igitur ad eam comportate, adiuuate. *Arma armis pugnent.*

Cogitate quam multi ſenes exulare, mendicare &c. cogantur: quam multæ mulieres hæ grauidæ, hæ prolibus onuſtæ, domibus pulſæ, & omnia tam hoſtilis irruptionis incommoda; ac deindè quantoperè vicinorum opem imploraretis, ſimili miſeria conſtituti.

Denique, quod ab alijs vobis fieri cuperetis, hoc ipſis facite.

Matth. 7. *In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.*

Pub-

Digitized by Google

Publius. *Habet in aduerſis auxilia, qui in ſecundis commodat.*

Idem. *Homo, qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.*

Et verò niſi facitis, conflagrabitis: niſi opem ruenti Flandriæ fertis, corruetis: ſi ſuſtinetis, ſimul ſtatis. *Frater, qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma.*

III.

Quantùm Religioni debeatur.

Sed, inquis, Hollandi ſi vincunt, vincunt ciues aliquandò noſtri, Reipublicæ eiuſdem membra; ſeptemdecim Prouinciarum vna.

Miſerebitur noſtri eiuſmodi victor. *Frater & caro noſtra eſt.*

Fortaſſe inquam: & ita eſto: Cæterum Religiones planè diuerſæ, ipſorum & noſtra.

Religionis ergò tuendæ cauſa adlaborandum magis, vt Flandriam periculo liberemus, ne illa deſerta Religionem quoque deſeruiſſe dicamur.

Plerique veſtrum, nimium adhuc terreni, patriæ viciniæq́; ſatis fortè miſerentur, & laudo; ſed ſi de Religione parum ſoliciti, non laudo.

Quid? vt Mæniorum, agrorum &c. vaſtationes deplorent, non item cultum Dei? non templorum ac monaſteriorum profanationes? &c.

At horum gratia maximè ſit decertandum & orandum.

Melius Iudas & fratres eius: *Pugnemus* (aiunt) *pro populo noſtro, & pro ſanctis noſtris*

Prou. *Pro aris & focis.*

Hæccine auguſtiſſima templa pietatis & liberalitatis maiorum veſtrorum monimenta, dirui; Sanctorum veſtrorum reliquias, ac Chriſti ſacramenta feretis proculcari, ſola opitulandi fratribus

Digitized by Google

ac vicinis negligentia? *Si non pauiſti, occidiſti*, ait Ambroſius: at ego nunc *ſi non iuuiſti, occidiſti, diruiſti profanaſti, calcaſti ſacra omnia* &c.

Facturi enim & auſuri hæc ſunt Hollandi victores futuri, niſi iunctis viribus concurrimus.

Seruietis ſeruitutem miſerrimam, vos, vxores, & liberi, cogemini eiurare priſcam fidem, nouam admittere &c. viuere nouis legibus & moribus, priſca fide & moribus antiquis valere atq; exire iuſſis.

Orate, rebus tam perplexis, recta conſilia Comitijs dari.

Orate, Hoſtes aut ſpontè abire, aut vi repelli & vinci; aut ad pacem ſpontè redire ac priſcam fidem.

Horat. ep. lib. 1. ep. 2. ad Lollium. *Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones;*
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? Atqui
Si noles ſanus, curres hydropicus.

Hic autem commodiſſimus modus fuerit auxilij à Deo impetrandi.

Cilicium, Ieiunium, Oratio adhibeantur, & adiungantur conatibus & armis noſtris.

Pſal. *Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.*

Et: *Humiliabam in ieiunio animam meam: & caſtigatio mea in matutinis.*

Eſther 4. Eſther cum tribus adoleſcentulis ieiunauit triduo, & ſpoliauit ſe ornatu.

Iudith 9. Cinere & cilicio tempore obſidionis vſa.

Ionæ 4. Rex abiecit purpuram & cultum omnem regium à ſe, & indutus eſt ſacco, ne ſua Niniue poſt 40. dies ſubuerteretur.

Tit. Liuius lib. 3. decad. 1. Paulo poſt AEquos ſubiugatos,

gatos, orta Romæ peſtilentia, Senatuſconſulto matronæ ſtratæ verrebant crinibus tortis pauimenta templorum.

Salluſt. in Catilinario. Tempore coniurationis Catilinæ valedicebant pompis ac delicijs eædem.

Quidni? Mendicus oſtendit pannos & vlcera vt impetret.

Horat. in arte. *Telephus & Peleus, cùm pauper & exul vterq;,*
Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba,
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.

Ibid. poſt pauca. *Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,*
Romani tollent Equites, *peditesq; cachinnum*

Dicitis: *Adiuua nos Deus* &c. *quia pauperes facti ſumus nimis*: cùm cultus tamen refragetur. An falli poſſe putatis Deum, aut tutò irrideri?

Domi Mileſia: &, *in tempore Mileſia.*

Ferunt enim Ariſtagoram quendam Mileſium, à Lacedæmonijs, aduerſus Perſas, opem Ionibus poſtulantem, in concione, inſolita veſtitus munditie ac delicijs vſum, ab Ephororum quodam audiſſe: *Domi Mileſia.*

Ità nobis dixerit Deus; *Domi & in tempore Mileſia.*

Ergò luxum omnem deponamus: faſtum animi corſporiſqúe abijciamus: & aderit nobis Deus. Adſit etiam *cum numine dextra.*

QDO-

ODOMAROPOLI, IN S. BERTINI, in proceſſione, cum Hollandi irruiſſent in Flandriam 1600.

Thema. *Et vidit Iudas & fratres eius, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus(* ſc. Antiochi *) applicabat ad fines eorum, & cognouerunt verba Regis, quæ mandauit populo facere in interitum & cōſummationem, & dixerunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum: Dirigamus deiectionem pop. noſtri, & pugnemus pro populo, & pro ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium, & vt orarent & peterent miſericordiam & miſerationes.* 1. Machab. 3.

RVrſus idē, quod die Dominico vltimo, thema vſurpo (Auditores &c.) quòd eandem omninò ob cauſam publicæ iſte preces, & hæc concio.

Dicendum ergò hodiè mihi
1. *De vicinorum in vicinos caritate;*
2. *Vt iuuanda Flandria vicina noſtra hoc caſu;*
3. *Multis de cauſis ſperandam de hoſte victoriam.* A V E.

I.

De vicinorum in vicinos caritate.

Multum iuuat, aut nocet vicinia.

Itaque Cato ſapienter monebat eos, qui agros emturi eſſent, vt ante omnia animaduerterent, ne malum vicinum haberent.

Sylua vicinus bonus, & malus; bonus, quià ligna ſufficit ac venationem &c. malus, quià ſicarijs refugium eſt &c. Flu-

Flumen vicinus bonus & malus; bonus; quia multis vſui; malus, quia lambit ac rodit fundamenta.

Mænia quoque: bona, quia proximas domos magis à belli tormentis tuentur; mala, quia ſemper agrum vicinum accidunt, & minuunt.

Plutarch. in apopht. Themiſtocles (vt heri quoque aiebam) prædium venditurus iuſſit præconem dicere *Et bonum vicinum habet.*

Diogenes vaſculo pro domo vtebatur, fortè, vt ſi malis vicinis vti contingeret, faciliùs bonæ viciniæ commigraret, vaſculo manu illuc deuoluto.

Certè, ſi *homo homini Deus*; &, *homo homini lupus*; certè eò magis talis vel talis, quò homini homo fuerit vicinior.

Bonis iungi, etiam vtile apud Deum.

Geneſ. 30. Vox Labani auunculi ad Iacob conuictorem ſuum; *Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te: conſtitue mercedem tuam quam dem tibi.* Malis iungi, etiam malum.

Ciuitates nonnullæ etiam periere, quòd Sodomæ ac Gomorrhæ viciniores.

Virg. Eclog. 9. *Mantua væ miſeræ nimium vicina Cræmonæ.*

Aliquid mali propter vicinum malum.

Vicinorum certè vicinos { 1. *Conſolari*; 2. *Adiutare, & curas leuare*; 3. *Congratulari.* }

Finis viciniæ ac cætuum humanorum potiſſimus, mutua defenſio aduerſus vim.

Idcircò initiò homines diſperſi ac pecudum more palantes in ciuitates indè conuenere, vt alij ab alijs citò propter vicinitatem defenſi ac tuti eſſent contra vim externam. *Stob. ſer.* 35. Prayſij vicinos, ſi fame premantur, alunt.

ÆLia-

ODOMAROPOLI, IN S. BERtini, in proceſſione, cum Hollandi irruiſſent in Flandriam 1600.

Thema. *Et vidit Iudas & fratres eius, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus(* ſc. Antiochi) *applicabat ad fines eorum, & cognouerunt verba Regis, quæ mandauit populo facere in interitum & cõſummationem, & dixerunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum: Dirigamus deiectionem pop. noſtri, & pugnemus pro populo, & pro ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium, & vt orarent & peterent miſericordiam & miſerationes.* 1. Machab. 3.

RVrſus idẽ, quod die Dominico vltimo, thema vſurpo(Auditores &c.) quòd eandem omninò ob cauſam publicæ iſte preces, & hæc concio.

Dicendum ergò hodiè mihi
1. *De vicinorum in vicinos caritate;*
2. *Vt iuuanda Flandria vicina noſtra hoc caſu;*
3. *Multis de cauſis ſperandam de hoſte victoriam.* A V E.

I.

De vicinorum in vicinos caritate.

Multum iuuat, aut nocet vicinia.

Itaque Cato ſapienter monebat eos, qui agros emturi eſſent, vt ante omnia animaduerterent, ne malum vicinum haberent.

Sylua vicinus bonus, & malus; bonus, quià ligna ſufficit ac venationem &c. malus, quià ſicarijs refugium eſt &c. Flu-

Flumen vicinus bonus & malus; bonus ; quia multis vſui; malus , quia lambit ac rodit fundamenta.

Mænia quoque: bona , quia proximas domos magis à belli tormentis tuentur; mala, quia ſemper agrum vicinum accidunt,& minuunt.

Plutarch.in apophi. Themiſtocles(vt heri quoque aiebam)prædium venditurus iuſſit præconem dicere *Et bonum vicinum habet.*

Diogenes vaſculo pro domo vtebatur,fortè, vt ſi malis vicinis vti contingeret, faciliùs bonæ viciniæ commigraret,vaſculo manu illuc deuoluto.

Certè,ſi *homo homini Deus*; &, *homo homini lupus*; certè eò magis talis vel talis , quò homini homo fuerit vicinior.

Bonis iungi,etiam vtile apud Deum.

Geneſ. 30. Vox Labani auunculi ad Iacob conuictorem ſuum; *Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te : conſtitue mercedem tuam quam dem tibi.* Malis iungi,etiam malum.

Ciuitates nonnullæ etiam periere,quòd Sodomæ ac Gomorrhæ viciniores.

Virg. Eclog. 9. *Mantua væ miſeræ nimium vicina Cræmonæ.*

Aliquid mali propter vicinum malum.

Vicinorum certè vicinos { *1. Conſolari;* *2. Adiutare, & curas leuare;* *3. Congratulari.* }

Finis viciniæ ac cætuum humanorum potiſſimus,mutua defenſio aduerſus vim.

Idcircò initiò homines diſperſi ac pecudum more palantes in ciuitates indè conuenere , vt alij ab alijs citò propter vicinitatem defenſi ac tuti eſſent contra vim externam. *Stob.ſer.* 35. Prayſij vicinos,ſi fame premantur,alunt.

Ælia-

AElianus lib.5.var. hiſt. cap. 20. Cùm Tarentini à Romanis obſiderentur, periculumq; eſſet, ne fame ad deditionem compellerentur, Rhegini decimo quoque die ieiunium decernentes, victum conceſſerunt Tarentinis. proindè cùm decedentibus Romanis liberarentur, memores calamitatis Tarentini, feſtum conſtituerunt quod Ieiunium adpellabant.

I I.

Vt iuuanda Flandria vicina noſtra, hoc caſu.

Sed Flandria (Auditores) vicina veſtra eſt { 1. *Situ*; 2. *Religione.*

At *Quæ ſit rebus* eius *fortuna videtis.*

Vicinos ergò vos exhibete, iuuate { 1. *Opibus*; 2. *Viris*; 3. *Precibus.*

* 1. *Opibus*. Præter indicta tributa, voſipſi ſponte Principi ſpontanearia tributa mittite.

Eleemoſynæ hoc genus Deo erit gratiſſimum, ipſis vobiſq; ipſis neceſſarium. Quã vtiliter Reipublicæ, & Religioni iacturam iſtam feceritis!

Quemadmodum *Stultitiam ſimulare loco, prudentiá ſumma eſt*, (vti olim in Dauide viſum, cui apud Agim Regem id fuit vtile) ita iactura opportuna lucrum ingens.

Sic in tempeſtate vaſorum fit iactura, vt auro, vectoribus, nauiq; parcatur; alioqui illa cum illis peritura.

Sic ſerpens corpus omne vulneribus exponit, vt capiti vni tantum parcat.

Eſtote & vos *prudentes ſicut ſerpentes* &c.

Imitandi vobis ipſi hoſtes qui nunc terrent in Flandria, quos ferunt tertium quemq; denarium exegiſſe etiam à ſeruis &c. ac ferè à mortuis ac ſta-

tuis

Digitized by Google

tuis (vt eſt in prouerbio) tributum exigere.

Cur non *Extremis malis extrema remedia*?

Fini proxima fortius agunt.

Principi, bis dat qui cito: & plus dat, qui in tempore.

* 2. *Viris* quoque iuuanda eſt Flandria; armandi agreſtes, imo & ciues.

Non expectãdus lituus, aut iuſſum Principis, aut ſignum oſtentatum ex arce.

Sic Iſraelitæ 1. Machab. 3. *Dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum : Erigamus deiectionem populi noſtri* &c.

* 3. *Precibus* apud Deum.

Id demum erit vtroque brachio pugnare, carneo & ferreo, i. diuino & humano.

Cum numine dextra

Illud Aug. *Qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te*, etiam hic verum.

In valle Ioſue pugnat, in monte Moyſes orat: & pro modo orationis, modus quoque eſt victoriæ.

Sublatis in cęlum brachijs Moyſi vincit ſuus Ioſue; demiſſis aut relapſis, vincitur.

III.

Multis de cauſſis ſperandam nunc de hoſte iſto victoriam.

Cæterùm, animosè hæc omnia, & cum bona ſpe victoriæ faciamus (Auditores.)

Mihi certè victoriæ magna ſpes à multis coniecturis { 1. *Humanis* 2. *Diuinis*.

* 1. *Humanis*.

* 1. *Subneruati* enim ſunt neruo belli præcipuo, id eſt pecunia exhauſti, quæ belli eſt neruus. Euidens id ex multis.

* 1. Ex

* 1. *Ex iniqua indictione* tributorum tertij denarij etiam à ſeruis.

* 2. *Fama*. ſtipendium enim duorum menſium, ſufficiens exercitui triginta milium, à noſtris in mari captum. conſtanti rumore iactatur.

Caſtrati, caſtrati ſunt. Ergò imbelliores.

* 2. *Quòd fœliciora* iam fuerunt pugnæ noſtræ in ipſos principia.

Naues .n. ferè 70. nuper per nos captas aiebant. Nunc rurſus ducentas captas aiunt, hæc naualis eorum in nos infelix pugna, niſi mendax fama nos fallit.

Terra quoque à nobis pugnatum fœlicius; plures enim eorum iam cæſi.

Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.
Omnibus principijs ſemper ineſſe ſolent.

* 3. *Quod terra*, non mari pugnandum nunc illis eſt.

At noſtri terra plus valent, illi mari. Ab artifice perito quis non plura aut meliora expectet quam ab imperito?

* 4. *Quòd in alieno* ſolo illi nunc pugnaturi, nos in noſtro.

Scitis enim canem in ſuo (vt aiunt) ſterquilinio multis vnum præualere: in alieno caudam ſub aluum metu reflectere.

* ij. *Diuinis* quoque.

* 1. *Miraculum* conuerſorum ſubitò militum ad Principem, à quo auerſi erãt defectu ſtipendij. Nemo ſperaſſet tam citò ac ſine præſente pecunia, poſſe adduci illos ad pugnandum. *Digitus Dei eſt hic.*

* 2. *Quòd tam citò* tam ingens collectus exercitus, quaſi milites è cœlo pluiſſet Deus, aut phalanges è terra ebulliſſent.

Viſus adeſſe miles paratus ad prælium, penè citiùs quam vocatus.

* 2.

* 2. *Cauſæ noſtræ æquitas.* Illi alienum rapturi venêre, nos noſtra defenſuri.

Pſal. *Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.*

* 4. *Quòd ſacrilegis* multis conſtat eorum exercitus { 1. *Hollandis*; 2. *Anglis*; 3. *Francorum fæce*;

Quot enim illi templa profanarunt, ſpoliarunt! quot virgines Deo ſacras conſtuprarunt! &c.

Sacrilegis autem ferè ſemper malè.

Daniel. 6. Baltazar poſt ſacra vaſa in cõuiuio polluta eadem nocte vita regnoq́ue eſt exutus.

2. Machab. 8. Antiochus pedunculis putida eſca.

Diodorus Siculus .... narrat fulmine percuſſa caſtra Xerxis, quòd templum Apollinis Delphis ſpoliare voluiſſet.

Prou. *Aurum Tholoſanum*. Cùm incolæ è templo pretioſa quæq; elata in lacum abdidiſſent, ne illa prædaretur hoſtis, Q. Cepio reſciſcens lacum, in quem abdita erant, expiſcari illum iuſſit; verum omnes prædæ illius participes miſerè periêre.

Virgil. 1. AEneid. narrat Aiacem cum ſuis, in mari fulmine correptum, ac merſum, quòd in templo Palladis Sacerdotem Caſſandram violaſſet.

Pallaſue exurere claſſem
Argiuûm, atque ipſos potuit ſubmergere Ponto,
Vnius ob noxam & Furias Aiacis Oilei?
Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem
Diſiecitq́ue rateis, euertitq́ue æquora ventis:
Illum exſpirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloq́ue infixit acuto. Virgil. 1. AEneid.

* 5. *Quòd ex fœdifragis* conſtat.

Pars Deo, Eccleſiæ, & Principi ſuo perfidi.

Deindè Franci quidam iàm compoſita pace nobiſcum, in nos cum illis irruunt.

Angli, prætextu componendæ pacis iàm legatis vtrimq; miſſis.

Claudian. *In prolem dilata ruunt periuria patris*

Ferunt Ageſilaum, cùm Tiſaphernes Perſa inducias pactas violaſſet, cæteris dolentibus, dixiſſe, *gratias ſe Dijs agere, quòd Tiſaphernes feciſſet ſibi Deos iratos, Ageſilao verò amicos ac fautores.*

* 6. *Quòd victoriolis ſuperbi*. Nam pacem oblatam à Principe vel iniquis conditionibus non ſuſcipiunt.

Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.

Tumidum ſuper æquora Xerxem, deleto exercitu vix celox aut ſcapha ſeruauit.

Nabuchodonoſor vt virgatus! verſus in beſtiam.

Sennacherib vt flagellatus! deleto vna nocte toto exercitu ab Angelo, ad ſuos fugere coactus eſt, vbi & à filio ante aram eſt trucidatus.

* 7. *Quod nobiſcum Deus*, & contra illos.

Si Deus pro nobis, quis contra nos

Pſal. *Si ambulem in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

Sit cum eis Dux ille brachio ferreo celebris, nobiſcum Deus brachij potentioris, Deus ille exercituum.

Bella Domini ſunt hæc.

Diodorus Siculus lib. 16. Bibliot. vocat bellum ſacrum, quod fuit inter Locrenſes & Phocenſes, anno ſexto Philippi Macedonum, quia ortum aduerſus ſacrilegos, & quia Philomelus Dux Phocenſium

ſium templum Delphicum deprædatus fuerat, ad ſoluenda militi ſtipendia.

Iſti Deum oppugnant, Deiq; vicarium Pontificem, ipſo ſiclo ſanctuarij, & ſacra pecunia ex ſpolijs templorum collecta.

Hæccine Deus ferat?

Pſal. *Dominus irridebit eos*, ne timete.

Cæſarem ferunt aliquandò orta tempeſtate, meticuloſo & ad portum redituro nautæ dixiſſe; *quid times? Cæſarem vehis, & fortunam eius cum eo.*

Sic ego; *Deus nobiſcum, & vos timetis?*

★ 8 *Oracula* quoque ſpem faciunt ingentem.

1. Cor. 3. *Quia ſi quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus.*

Matth. 16. *Portæ inferi* j. hæreſes, *non præualebunt aduerſus eam.* Armetur totus infernus licet.

Fateor, non potui hactenus vel leuiter timere aut formidare in tanta omnium formidine.

Credo ipſos *ſuo iumento ſibi malum.*

Perieramus, niſi periſſemus, dicemus, ſpero, his diebus.

Faxit hæc omnia Deus! & vos ſatagite armis ac prece.

Oratio. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime* &c. Pſal. 44.

Digitized by Google

IN FESTO PORTIVNCVLAE, Franciſcanorum proprio, Aueſnis in Conuentu FF. Minorum. 2. Auguſti.

Thema. *Dicebat latro ad Ieſum, Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus, Amen dico tibi: Hodiè mecum eris in paradiſo.* Luc. 23.

QVoniam hodiè proponitur celeberrima illa Indulgentia, quam D. Franciſcus Legislator noſter à ſummo Pontifice Chriſto primum, deindè ab eius Vicario Honorio III. toti orbi impetrauit, & dicitur in ipſius huius Indulgentiæ conceſſione ab ipſo Honorio 3. *Opus eſſe, vt is qui ſcelerum ſuorum condonationem aſſequi velit, eam aliqua ex parte mereatur*; Viſus ſum mihi (Auditores) non abs re facturus, ſi de maxima raraq; illa indulgentia, qua Chriſtus in latronem olim eſt vſus, dicerem, vnaq; oſtenderem quàm ſit miſericors Deus in verè pœnitentes &c.

Dicendùm ergò hodiè mihi
1. *Quanta olim indulgentia vſus Chriſtus in latronem;*
2. *Quàm etiam ſemper indulgens Eccleſia mater noſtra, Sponſi ſui exemplo;*
3. *Indulgentias aliquo modo promerendas. Latronem iſtum ſuam apud Chriſtum meruiſſe: Nos ſpiritales latrones noſtram merituros, ſi vt filios parentum tanta clementia decet, cum proximis indulgenter egerimus.* A V E.

I. *Quan-*

Digitized by Google

I.

Quanta olim indulgentia vſus Chriſtus in latronem.

Epithetorum Dei non eſt numerus; ſed nullum illuſtrius illi ad gloriam, nobis ad Spem erigendam, charitatemq́ue in illum noſtram inflammandam accommodatius, illo quo vocatur & *pater noſter*, & *pater miſericordiarum.*

Benedictus Deus & Pater D.N.I.Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.

Si pater eſt; filiorum ad ſe redeuntium non poteſt non miſereri.

Eſt *pater miſericordiarum*, multus & frequens ad miſerendum, toties quoties.

Ezech. 18. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt non recordabor.*

D. Cyprian. *Si precem toto corde quis faciat* &c. *Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluaberis.*

Nota *Cùm ingemueris*. Quidam dicunt neceſſariam tantùm vnam hanc inclamationem (*Peccaui:*) hic etiam multò minus exigitur, gemitus tantum & ſuſpirium. Cõtingere enim poſſit, vt gemere adhuc aliquis poſſit, loqui vel verbulum illud (*peccaui*) non poſſit. Gementi tamen certa ſalus promittitur.

O ergò verè *patrem miſericordiarum*, & Deum indulgentiarum!

Indulgentiæ autem eius tantæ exempla multa in vet.teſt. vt in Achabo immani illo tortore prophetarum; in Manaſſe ſeruorum Dei tanto lanione, vt Ieroſolymitani ad os vſque in ſanguine ipſorum

Digitized by Google

tantumnon natauerint,quorum pœnitentia tamen Deum flexit; multa item in nouo,vt in Magdalena &c. At nullum tamen illuſtrius, quàm latronis cum Chriſto crucifixi.

Vt verò apprimè intelligas quanta fuerit Chriſti indulgentia; altiùs res repetenda, & videndum, quæ fuerit eius vita,cuiuſmodi nebulo hic fuerit.

Diſmas dictus fuit, & communiter bonus latro, à conuerſione perfecta,appellatur.

Latro inquam, non ſtipator aliquis Principis opinor,in delicto caſu deprehenſus (Nam & Varro putat quoque ſtipatores,dictos latrones,quaſi laterones, quòd circa latera eſſe ſoleāt:) neque mercenarius aliquis miles, qui ob rem malè geſtam in crucem ſit actus. Significat enim latro etiam militem mercede militantem. Non opinor,huiuſmodi dumtaxat latronem hunc fuiſſe.

Matthæus c. 27. & Marcus cap. 14. duos illos viros Chriſto olim concrucifixos vocant δύο λῃστὰς, qua voce ſignificantur viarum obſeſſores, qui publicè per vim furantur, qui in cæde & ex cæde viuunt,& communiter latrones appellantur. (Gall. *Brigands, Voleurs.*)

Feſtus putat latrones ita dictos, quòd ferè à latere adoriantur, vel à latendo, quòd latenter inſidientur.

Id ſi verum eſt, miſer iſte duobus peccatorum valdè grauium generibus maculoſus oſtenditur, Furto vel potius rapina; Itē Homicidio. Ibi auaritia,vt auferret aurum; iſthic impietas, vt auferret vitam. In eadem autem illa ſcelera quoties lapſus relapſuſqúe fuerit, facile eſt æſtimare ex tam fœdæ vitæ diuturnitate, quam didicimus ex ſcriptore non malo.

Iacobus de Voragine ſerm. de Innocentibus ait, B. Virginem

ginem Mariam fugientem in AEgyptum, in latrones cum filiolo incidiſſe, quorum vnus puelluli Ieſu admiranda pulcritudine raptus, ita ſocios ſit affatus; *Verè atque ingenuè dico vobis,ſi poſſet Deus incarnari, hunc puerulum Deum ipſum eſſe affirmarem;* atque ita ſocijs perſuaſit, vt ipſos illæſos abire permitterent,illumq́; ipſum hunc fuiſſe,cui poſtea dixerit Dominus Ieſus in cruce,*Hodie mecum* &c.

A fuga autem,Domini Ieſu in AEgyptum ad eius crucifixionem triginta tres plùs minùs anni interceſſerunt. Ergò & Diſmas iſte triginta tres annos totos latrocinia exercuit.

Deus bone! quot ille tanto ſpatio miſeros ſpoliauit! quot trucidauit! quot viduas fecit! quot orphanos! &c.

Quid? Origenes, Cyrill. Ieroſ. Chryſoſt. Theoph. Euthym. putant ipſum adhuc in cruce peccaſſe,& Chriſtum initiò blaſphemaſſe,quod inſinuant Matthæus & Marcus.

Attamen vide, quantam ille Indulgentiam,imò quot indulgentias conſequatur! *Amen dico tibi* (inquit Dom. Ieſus) *hodiè mecum eris in Paradiſo.*

Audit hoc ſemimortuus,extremoq́; pœnè ſuſpirio,animam iam agens ſcilicet.

Indulgentia Chriſti in latronem multiplex; Nam
- 1. *Intuetur;*
- 2. *Alloquitur;*
- 3. *Remittit culpam,& pœnam æternam;*
- 4. *Remittit & pœnam temporalem tam Purgatorij, quam huius vitæ;*
- 5. *Dat plura petitis;*
- 6. *Dat citiùs quam petat.* O Deum verè Optimum Maximum!

* 1. *Intuetur* indignum conſpectu Dei. *Tollatur impius ne videat gloriam Dei.*

Vidi,qui magni faceret, quòd Princeps iter faciens

ciens in illum blandius oculos conuertiſſet.

2.*Reg.*14. Dauid quamlibet mitis, tamen cùm Abſaloni, Ioabo & Thecuitide muliere intercedentibus, parricidium Amnonis fratris remiſiſſet, dixit: *Reuertatur Abſalom in domum ſuam, & faciem meam non videat. Reuerſus eſt itaque Abſalom in domum ſuam, & faciem Regis non vidit.*

Ità Reguli æuo noſtro, cùm fortè in Principes ſuos deliquerunt, nonnunquam à Curia tribus aut quatuor millibus paſſuum iubentur abeſſe, ne in Principum oculos incurrant, aut oculi Principum in ipſos.

Peccatoris magni vox, *Non ſum dignus videre altitudinem cæli præ multitudine iniquitatis meæ.*

Publicanus in templo orans, non audebat vel oculos in altum tollere.

Magdalena conſcia ſuæ turpitudinis, cùm Chriſtum adit Supplex, ſtat retrò ſecus pedes eius, quaſi indigna videri, & videre. *Luc.*7.

Latronem tamen hunc Dom. Ieſus non dedignatur intueri.

Eclipſin æternam duorum illorum diuinorum luminarium ſceleſtus ille merebatur.

* 2. *Adloquitur*, & quam blandè! & cum quanto iuramento! *Amen*, inquit, *dico tibi* &c. Per ſemetipſum iurauit Dominus. In verbo Dei.

Paradiſi vocem, quæ hortum voluptatis ſonat, alioqui antè inauditam ex ore Chriſti & inuſitatam admiſcet. *Eris in Paradiſo.*

Nemini, etiam iuſtiſſimo, à condito mundo tàm diſtinctè, tam ſpecialiter hoc promiſſum.

Latronem ſibi æquat: *Mecum eris*, inquit. Nihil minus quam ego es habiturus.

Vna erit Latronis & Filij Dei menſura, idem cibus regius, eadem Aula.

* 3.

* 3. *Remittit culpam, & pœnam æternam*, hoc ipſo ſcilicet quo promittit acceſſum in paradiſum, in quem ſcilicet nihil coinquinatum intrare poteſt.

* 4. *Remittit* & pœnam omnem temporalem, contentus ea quam patitur, quam etiam in meritis numerat.

D. Hierony.lib.2. epp.ep.16.edit.Caniſij ad Paulinum Monachum. *Latro crucem mutat paradiſo, & facit homicidij pœna martyrium.*

Sciendum enim poſt remiſſionem culpæ, & pænæ æternæ, quæ fit & virtute Contritionis, & virtute Sacramenti Pœnitentiæ, reſtare pœnam temporalem vel hic ſpontè, vel alibi in Purgatorio, iuſſo Dei ſubeundam, meram ſcilicet pœnæ æternæ in temporariam mutationem.

Geneſ. 3. Protoplaſtis & nobis vniuerſis à primo peccato, vel ſacrificio aliquo primum, vel Circumciſione deindè, vel Baptiſmo tandem expiatis & abſolutis licet, tamen morbos, fames, morteſque &c. impoſuit Deus perferendas.

2.*Reg.12.* Dauid, etſi, agnita culpa, audierit à Nathane, *tranſtulit Dominus peccatum tuum*, tamen audit ab eodem dictatas adulterij & homicidij ſui pœnas deindè ſubeundas, necem ſcilicet paruuli adulterini, bella ac ſeditiones ſuorum &c.

Bone Deus! Quot ergò pœnarum debitor erat hic latro!

Nullam tamen iuſtitiæ diuinæ hic pependit. Nam ſi in cruce pependit, Pilato & Iudicibus pependit, non Chriſto.

Pœnas hominibus pependit cum penderet, nihil ad ſalutem æternam ante conuerſionem profuturas.

Datum ergò illi, Indulgentia ſanè maxima, pœna hac Crucis alias debita, Deo vtrumque ſatisfacere.

Digitized by Google

Datum hoc indulgentiſſimè eius magnæ contritioni.

Data illi gratia Baptiſmalis, etiam ſine Sacramento, cui Dei potentia nunquam adligatur.

Flaminis & Sanguinis baptiſmate impetrauit.

Pauculis ergò horis, à verbo illo Chriſti, patienter è cruce pendens debitum omne pœnarum expunxit.

Sed nec in Purgatorio ſubpleuit. Recta in gloriam Dei receptus eſt.

D. Arnoldus Abbas tract. de hoc verbo Chriſti. *Non ad loca purgatoria, flammaſquè peccatorum vltrices confitens deſtinatur.*

Ibid. *Non huic pœnitenti multorum annorum ieiunia imponuntur, non nudipedalibus vel ſacco afficitur: ſimul & confitetur, & iuſtificatur, & glorificatur.*

Nec peregrinationes vllas aut ſtationes ſuſcipere potuit.

Cùm dicatur *hodiè eris* &c. nec potuerit latro tantillo tempuſculo, quod ante mortem illi ſupererat, condignè ſatisfacere;

Item, cùm Chriſtus dicat, *Eris mecum*, non minus tempus quàm locum ſignificans;

Item; cùm adtenditur ex Euangelio haberi latronem non eſſe mortuum ante Chriſtum, ſed poſt Chriſtum, vt potuerit aliquo interuallo in purgatorio, ibi Chriſti mortem expectando, ſatisfacere; ſatis (opinor) euidenter oſtenditur, latronem hunc Purgatorij pœnas nullas ſenſiſſe.

* 5. *Dat plura petitis. maiora petitis.*

Credibile eſt magnos ſæpè dediſſe Deos. Ouid. lib. 2. Triſt.

Alexandri iſti Magni non tam adtendunt, quid deceat petentes accipere, quam quid ſe dare.

Maxi-

Maximè autem inito recenter regno.

Tùm congiarijs, tùm largitionibus profuſiſſimis populum velut demulcent.

Chriſtus iàm iàm regnum initurus, liberalitate non modò petitionem, ſed ſpem etiam omnem latronis ſuperauit.

Latro aiebat tantum, & quidem timidiſſimè, *Memento mei* &c. q. d. non auſim cœlum ſperare, ſed tantùm oro, ſim tibi commendatus &c. Chriſtus autem iàm iàm Paradiſum promittit, nulla Purgatorij interceſſione.

Si dixiſſet, *Mecum eris in Paradiſo* quidem, ſed exantlatis antè iuſtis Purgatorij laboribus, poſt triennium, poſt decennium &c. etiam hoc multum, & fortè ſupra ſpem latronis quoq; fuiſſet: etiam hoc audito (opinor) latro præ gaudio geſtijſſet, ac dixiſſet: Itane? Tam bonus eſt ſcilicet Iſrael Deus, vt, poſt Purgatorium decennale, me ſceleſtiſſimum ſecum tandem Paradiſo dignetur! O me fœlicem! &c. ô illum verè bonum, imò Optimum Max.

Sed cùm dixit, *Mecum eris in Paradiſo*, & quidem *hodiè*, ſpem omnem ſuperauit. *Et merita ſupplicum excedit & vota.*

Pſal. *Vox Domini in magnificentia.*

Fidem publicam, & (vt ſic cum vulgo loquar) ſaluum cõductum illi dat in cœlum. *Mecum eris*, intrabis mecum, ſub vmbra mea, ſub alis meis, vt Petrus cum Ioanne Euangeliſta in domum Pontificis, vt reliqui filij Iacob cũ paruulo Beniamino ad Ioſephum in AEgypto regnantem.

* 6. *Dat citius, quam petat. Memento mei,* ait ille, ſed tum *quum veneris in regnum tuum*, ipſo Aſcenſionis die, poſt Reſurrectionem quadrageſimo: Chriſtus autem ipſo momento ipſius meminit in benedictio-

dictionibus dulcedinis, & ipſo die beatum fore pollicetur. *Hodie*, inquit, *eris*, & *mecum eris*; non priùs ego quam tu, *in Paradiſo*.

Bis dat qui citò dat.

Gall. Prou. *Ille Deorum optimus, qui citò adiuuat.*

Seneca lib. 2. de benef. c. 6. In beneficijs *multum celeritas fecit, abſtulit mora.*

Idem lib. 1. de benef. c. 12. *Et gregalia quoque poma, etiam poſt paucos dies itura in faſtidium, delectant, ſi prouenêre maturius.*

Idem *Tardè dare, nolentis eſt.*

Plutarch. in vita Pauli AEmylij. Rex quidam Macedonum Doſon, id eſt daturus, per ludibrium paſſim appellatus, quod ſemper promitteret, prẹſtaret nunquam aut ſerò admodum.

Hic nullum interuallum, inter optatum & votum.

Hodie mecum eris.

Latro, primitiæ, aut inter primitias beatorum, aperiente Chriſto regnum, quod Latro Adamus clauſerit.

Admirabile gratiæ Chriſti paradoxum, inauditum, & prẹter ipſius etiam latronis opinionem, *Hodie mecum eris in Paradiſo.*

Quid verò hic ſit, *Eris mecum in Paradiſo*, paulò oculatius videtur librandum, quærendumq́; quomodo illo die in Paradiſo vterque eſſe potuerint, cum Chriſtus ipſo tantum Aſcenſionis die Paradiſum inierit?

Sciendum ergò in ſacris literis paradisũ accipi vel
- *1. Proprijſsimè, pro horto illo Voluptatis, quem Adamus primùm habuit;*
- *2. Minus propriè, pro Regno cæleſti;*
- *3. Improprijſsimè*, pro
  - *1. Locis amænis ac fertilibus;*
  - *2. Quiete Cõſciẽtiæ*

* *1. Pro-*

1. *Propriſſimè.* Notum id lippis & tonſoribus ex p. 2. & 3. Geneſ.

Moſes autem Bar-Cephas Syrus lib. de paradiſo 16. *Paradiſus verò appellatur Paradiſus* (inquit) *quòd cus ſit cultus plurimis pulcerrimisq; plantis cùm odorai, tùm guſtatu iucundis, planeq; congruus, appoſitus, acommodatus, vt ſit domicilium, ſedesq;, & amœnitas hominum.*

Eugubinus peculiari tractatu varias de eius ſitu opiniones recenſet.

* 2. *Minus propriè*, pro Regno cœleſti, ſeu
1. *Loco ipſo beatorum*, quòd cœlum empyreum dicunt;
2. *Statu ipſo beatorum qui dicit viſionem Dei, eiusq; fruitionem, &c.*

* j. *Loco ipſo Beatorum.*

2. Cor. 16. *Raptus Paulus in paradiſo.*

Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo.*

* ij. *Statu ipſo beatorum* &c. qui vbique eſt, vbi Dei viſio ac fruitio eſt; vt vbi Papa, ibi Roma.

Alioqui Angelus ille, Tobię comes, tātiſper beatitudine caruiſſet; & alij alijs apud nos occupati.

* 3. *Impropriſſimie;*

* j. *Pro locis amœnis* ac fertilibus.

Moſes Bar-Cephas vbi ſup. *Nam eiuſcemodi locum conſueuerunt mortales appellare paradiſum. Quare B. Moſes quoque Iordanis etiam regionem, quia amœna atque ſpectabilis eſſet id temporis, paradiſum nominauit.* Geneſ. 13.

Hannoniam noſtram illam inclytam Belgicæ regionem, iure aliquis ſic appellet; Et certè Coſmographi paſſim, in tabulis ac mappis ſuis æreis illam vocant. *Hortulum à Deo ac Sole habitum.* (Gall. *Haynault tenu de Dieu, & du Soleil.*)

Secularibus tamen literis hoc ſignificatum vo-

cis Paradiſi proprium eſt. Deflexam enim eam quidam volunt ab Hebræo Pardes, quod hortum domeſticum ſignificat, ſiue pomarium.

* ij. *Pro quiete* Conſcientiæ, qua nihil voluptuoſius; vti nihil Inferno ſimilius, quam eiuſdem æſtus, tempeſtas, & inquietudo.

Et huius quidem horti quatuor flumina, ſunt virtutes; & ligna, diſciplinæ.

Vel Paradiſus Voluptatis eſt ipſa Virtus, & eſt ad Orientem, quia nec occidit, nec extinguitur. *Virtus clara æternaq; habetur*, ait quidam.

Ponitq; Deus in eo hominem, quia mentem collocat in virtute.

Eris ergò *hodiè mecum in Paradiſo*, eſt quibuſdam *eris in*	1. *Terreſtri* illo Adami horto;
	2. *Regno cœleſti*, id eſt, cœlo empyreo;
	3. *Regno cœleſti*, in ſtatu beatorum.

* 1. *Terreſtri* illo Adami horto.

Iuſtinus martyr, Irenæus, Euthymius, Theophylact. Euſebius in hac opinione.

Imò non modò latronis huius animam eò trãſlatam putant, ſed & omnium reliquorum iuſtorũ, ibiq; dulci ſomno teneri, priuatas tamen adhuc beata Dei viſione in Reſurrectionis vſque diem.

Falsò vtrumq;. * j. *Nam Chriſtum* eo die mortis ſuæ non illuc adîſſe, ſed ad Inferos, id eſt, ad Limbum Patrum, de fide eſt.

Symbol. Apoſt. *Mortuus, & ſepultus, deſcendit ad Inferos.*

Act. 2. *Quem Deus ſuſcitauit à mortuis ſolutis doloribus Inferni.* Chriſtus autem promiſit illi conſortium ſuum. Ergò non in terreſtri paradiſo.

* ij. *Quia locus* ille erat refertus delicijs corporalibus, quæ nihil animam recreant. Latro autem èrat mòx corpus depoſiturus. Ergò locum animæ conuenientem promittit Chriſtus. * iij.

Digitized by Google

* iij. *Voces* noui teſtamenti, cùm ambiguæ ſunt, potius eo ſenſu, quo alibi in eodẽ teſt. accipiuntur, accipiendæ ſunt, quam quo ſumuntur in vet. teſt.

Sed vox Paradiſus accipitur in nouo teſt. pro paradyſo ſpiritali. 2. Cor. 12. Ergò & hic.

* iiij. *Quòd multis* ſatis probabiliter videtur, nullum iàm tum in morte Chriſti ſuperfuiſſe paradiſum, vt qui aquis diluuij ſcilicet fuerit deuaſtatus; id eſt, locum quidem ſuperfuiſſe, ſed amœnitatem illam totam primam euanuiſſe, vt nil iam reſtet niſi pulcri & magni nominis vmbra.

Ex qua vltima maximè ratione etiam euincitur falſum eſſe, animas Enochi & Eliæ, imò & cæterorum Iuſtorũ, illo paradiſo ad finẽ mũdi adſeruari.

* 2. *Regno cæleſti* id eſt cœlo empyreo.

Vt perſuadeant, aiunt, illam promiſſionem de mòx mòx futuro & velut præſenti, accipiendam pro futuro propter certitudinem verborum Chriſti. Ridiculè.

Item dicunt nonnulli, ita diſtinguendum, vt *hodiè*, non ad *(eris)* ſed ad *(dico)* ſit referendum, ſic; *Dico tibi hodiè* &c. Acutè & tolerabiliter, ſed parùm veriſimiliter.

* 3. *Regno cæleſti*, id eſt, in ſtatu beatorum.

Etſi non ipſo loco eris, frueris tamen locali & beatorum beatitudine. Etſi nondum reſideas, gaudebis fructibus præbendæ illius vt ſic dicam.

Theophylactus hic, ait idem eſſe paradiſum & regnum.

Hoc ſanè modò latro eodẽ die in paradiſo beatus cum Chriſto eſſe potuit, & verè fuit, quia corpore exutus Deum in Chriſto vidit.

Sic verè Chriſtus noſter, Deus eſt & Opt. & Max. Quid? etiã hodiè legebamus apparentem illũ D. Franc. in Eccleſia Portiũculæ, eundẽ blãdè inuitaſſe

ſe, peteret aliquid pro mundi ſalute; & petenti vt cuilibet ſacrum illum locum intranti remitteret peccata omnia, quæ in aurem Sacerdotis per Confeſſionem effudiſſet, mòx mòx annuiſſe! O Dominum clementiſſimum! Non decet ergò duros eſſe ſeruos aut immitiores.

I I.

Quàm etiam ſemper indulgens mater noſtra Eccleſia Sponſi ſui exemplo.

Res planè digna, & commoda, coniuges eſſe *vni moris in domo.*

Ouid. *Si qua voles aptè nubere, nube pari*, non annis, nobilitate, & opibus tantum, ſed moribus quoque, & ipſis maximè.

Eccleſia ergò ſponſa Chriſti, egregiè ad mores ſponſi ſui Chriſti ſe comparat, eius exprimens in peccatores clementiam.

Si ridet, ridet; ſi dixerit æſtuo, ſudat.

In Indulgentijs enim concedendis frequens eſt & liberalis, quæ imperfectis & minùs debito apud Deum ponderantibus multum valent, & ſunt velut illud remedium quod nummorum leuiorum ponderationi ſolet adhiberi.

Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens? adplica tibi remedium illud & quaſi propondus Indulgentiarum.

Eſt enim Indulgentia iuriſdicialis remiſſio, aut relaxatio pœnæ temporalis, ex peccato actuali cõtractæ in foro pœnitentiali (id eſt, quæ in Sacramento eſt iniuncta, aut deberet iniungi, tam in foro Dei, quàm Eccleſiæ) extra ſacramentum facta.

Et eſt ærarij Eccleſiæ velut publicatio, vndè ſumat quiſque, quod ſibi deeſt, & Deo ex alieno ſatisfaciat.

Quaſi

Digitized by Google

Quaſi diceret tunc Eccleſia illud villici iniquitatis; *Quantum debes Domino meo? at ille dixit: Centum cados olei. Dixitq́ꝫ illi, accipe cautionem tuam & ſede, citò ſcribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? qui ait, centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta.* Luc 16.

Vt in omni Repub. benè inſtituta ærarium eſt, vndè tempore quouis incommodo, vt famis, belli, morborum &c. egeſtati pauperiorum ſuccurratur ſic eſt in Eccleſia, vt in regno ſpiritali, etiam theſaurus ſpiritalis, vndè ſumant qui non habent.

Pſal. *Particeps ego ſum omnium timentium eum.*

Theſaurus autem ille conſtat
1. *Meritis Chriſti, quaſi Oceano inexhauſto;*
2. *Supererogationis Sanctorum.*
3. *Fortè & primis iuſtitijs tandē damnatorum.*

* 1. *Meritis Chriſti, &c.* qui, etſi ſanguinis eius vel guttula ſatis erat ad totius mundi redemptionem; tamen tàm abundanter pati voluit, quàm infinitis mundis ſufficeret redimendis, ſi tot aliquandò cōderentur, vt inde Eccleſiæ ſuę theſaurus conſtaret, quoddam velut meritorum Aerarium, ære alieno grauatorum ſolatium.

Samaritanus datis hoſpiti duobus minutis ad curationem ſemimortui, dicit præterea ſe cæteros ſumptus refuſurum.

Pſal. *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo.*

Pſal. 55. *Pro nihilo ſaluos facies illos.*

1. Pet. 5. *Modicum paſſos ipſe perficiet, ſolidabitq́ꝫ.*

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

Quaſi diceret: *Infer digitum tuum hùc, & mitte manum tuam in latus meum*, vndè ſumas quod egeſtati ſit ſatis.

Abyſſus abyſſum inuocat, abyſſus miſeriæ, abyſsū miſericordiæ.

Digitized by Google

4.*Reg* Vt viduæ vaſis omnibus repletis,ad debitorum ſuorum ſolutionem,ſtetit oleum,adhuc effluxurum,ſi vaſa adfuiſſent; ſic hic.

* 2. *Supererogationibus Sanctorum*, vt B. Mariæ &c.

Quàm multi plura paſſi, quam meriti?

Baptiſta mundus ab actualibus ſaltem mortalibus,quàm vitam egit in eremo tot annos?quid paſſus in carcere annon pœnè toto?quam tandem paſſus necem?

Vtinam(ait Iob)*appenderentur delicta mea, quibus iram merui,& calamitas quam patior in ſtatera! quaſi arena maris hæc grauior adpareret.*

Atque ita de pleriſq; multis, quorum actiones paſſionesq; plures grauioresq; peccatis fuêre.

Ex his ergò ſumit quiſque,cui,vt quondam Balthaſari Babyloniorum Regi dici poteſt, *adpenſus es in ſtatera,& inuentus es minùs habens.* Daniel.

* 3. *Fortè & primis iuſtitÿs* tandem damnatorum. Multi enim ex ipſis, multis annis in ſtatu gratiæ; multoties orarunt,ieiunarunt, eleemoſynas dederunt,ſed fruſtra ſibi ad vitam æternam, vtiliter tamen ſibi ad hęc temporaria, & forſitan alijs quoque.

Colligite fragmenta ne pereant.

Fortè,quemadmodum dicitur de Iuda,*epiſcopatum eius accipiat alter*; ſic bona eorum opera accipiat alter.

Ibid. *Et diripiant alieni labores eius.*

In labores eorum introimus.

Metimus,vbi non ſeminauimus.

Aurum AEgyptiorum ab iniuſtis poſſeſſoribus ad alienos transfertur.

Vt ſæpè bona perduellum fiſco Regum adiudicata, cedunt tandem ſeruis fidelibus; ſic forſitan & hic talium bona opera.

Vt

t (pro quamuis) *det illis hæreditatem gentium, opera* ien *manuum eius Veritas & Iudicium.* (pſal...) ſic & iuſtus Deus, etſi bona merita iam damnato-n, faciat tandem propria ſuorum Electo-n.

Quæ ſunt pro derelictis, & videntur deſtituta redibus, an non ſunt vel primò occupantis, vel ·remi Domini & Dominæ; qualis eſt Eccle-

Sic fontes & flumina iſta *intrant mare* illud. Itaque *copioſa eſt apud Deum redemtio* noſtri ex a-no; vel gratis, vt hodiè ingredientibus tem-lum S. Mariæ Angelorum; vel tàm vili, vt ferè atis.

Venite, emite abſque argento.

Ex hoc theſauro liberaliter & ſæpè in nos ſpar-t Eccleſia, ſæpe hinc petitis largitionibus in filios ios vtitur.

Antoninus 1. *p. tit.* 10. *c.* 3. §. 6. Ioannes Andreas, & lij doctores à Florentino relati, aiunt Bonifacium VIII. Cardinalium conſenſu primum Iubileum conceſſiſſe, quod centenis ac centenis annis recur-reret, gauderentque ea gratia qui Eccleſias S. Ioan-nis Lateranenſis, S. Petri, S. Pauli, & S. Mariæ Maio-ris Romæ viſitarent. Contigit autem id anno circi-ter 1300.

Clemens deindè VI. clementer conſideratis vi-tæ humanæ breuibus terminis, non ita multò poſt ſui coronationem, conceſſit ſingulis annorum quinquagenis. Contigit iſtud anno 1343.

Paulus 2. tandem, cuius Pontificatus cœpit an-no 1364. intelligens paucis contingere quin-quageſimum ætatis annum; vt plures im-menſo illo Iubilei bono fruerentur, ad

Digitized by Google

quinque luſtra,id eſt ad viginti quinque annos,Iubileum reduxit.

Leuit. 25. Annus remiſſionis quinquageſimo quoque anno, huius figura fuit, quo fiebat quæ ſequuntur.

Iubileum Iudæorum conſtabat remiſſione { 1. *Seruitutis*; 2. *Debitorum*; 3. *Exilij*.

Ac ne is annus cuiquam eſſet ignotus, certa tuba, quæ magna tum veneratione ſeruabatur,ſolebat denuntiari.

Hoc genere indulgentiæ non contenta Eccleſia, ſæpè alias priuatas concedit, nunc hic, nunc ibi, nunc roſarijs,nunc imaginibus &c.

Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam.

Sed Hæreſeos quoque damnauit iam olim Nouatianos, qui lapſis poſt baptiſmum nihil volebant indulgeri.

D. Cyprianus.... *Velit nolit Nouatus Hæreticus omni tempore* Eccl*eſia recipit reuertentes.*

E*x ore cuiuſdam nobilis Germani Romæ.* Sixtum illum V.Pont.verè Max.Ord.quondam Minorum, in mulierculam ſibi occurrentem cum filiolo ſuo è ſinu pendente, & publicè alta ac flebili voce inclamantem, *Sancte Pater miſerere, hic puſio filius eſt ex filio meo meus*, tam indulgentem fuiſſe ferunt, vt mòx ei benedixerit,abſoluerit,iniunctis tantum aliquot illi ſalutationibus angelicis, magnæ contritionis illius & pudoris publicè ſponteqúe ſuſcepti adſpectu.

Exclamem iure cum Chryſoſtomo; *Hei mihi! quot ad ſalutem nobis viæ!*

Ego(Auditores)tam indulgentem video Eccleſiam,vt pœnè ſit timendum,ac dicendum.

Man-

Digitized by Google

Mantuan. *Blanda patrum ſegnes facit indulgentia tos.*

Bernard. *Facilitas veniæ incentiuum parit delinendi.*

Quintilian. lib. 1. Inſtit. c. 3. *Mollis illa educatio, am indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis corporis frangit.*

Seueritate remiſſa, ferè prodit licentia.

Deteriores omnes ſumus licentia. Terent.

Non tamen malè Eccleſia, nec poteſt malitia nora gratiam piæ matris euacuare.

III.

ndulgentias aliquo modò promerendas. Latronem noſtrum meruiſſe; Nos ſpiritales latrones etiam merituros inuicem indulgendo.

Nota digniſſimum eſt Honorij III. ad D. Franciſcum ſuæ Indulgentiæ autoramentum, iuſſo Chriſti poſcentem reſponſum: *Pontifici* (inquit hiſtoria) *primò parum honeſta viſa res eſt, quæ petebatur; tùm quòd ea omninò libera, hoc eſt, ſine oblationibus: tum quòd maxima eademq; abſoluta, ac perpetua petebatur. Dicebat enim opus eſſe, vt is qui ſcelerum ſuorum condonationem aſſequi vellet, eam aliqua ex parte mereretur.* Ex Officijs diuinis Ord. Minorum, in fine Breu.

Latro hic noſter vtcunq; meritus eſt ſuam
- 1. *Fide;*
- 2. *Spe;*
- 3. *Charitate, in*
  - 1. *Deum;*
  - 2. *Proximum;*
  - 3. *Seipſum.*
- 4. *Confeſſione;*
- 5. *Oblatione.*

* 1. *Fide* magna & audaci, qua credidit illum Ieſum, eſſe Chriſtum & Filium Dei, & ſalutis mediatorem: & poſt hanc vitam, alicubi aliam ſupereſſe.

D*omine,* inquit, *memento mei* &c. Niſi enim potentem crederet, quorſum ſe illi commendaret?

Vitam aliam, & aliud regnum, & reſurrectio-

nem ſpirat & ſperat Latro iſte, cùm ait, & miſero & iàm iàm morituro, *Dum veneris in regnum tuum.*

D. Chryſoſt. tom. 3. homil. de cruce & latrone, dicit hũc fidem habuiſſe maiorem, quàm habuerint Abraham & reliqui Patriarchę, quàm Moyſes, quàm Prophetæ, quàm Apoſtoli.

Si Gregorij ſenſo, ea fides fortior & maioris meriti eſt, quæ pauciores habet credendi rationes, & quæ eſt de minùs apparentibus; dubio procùl latronis huius fides animoſiſſima fuit, & maior fide reliquorum; cùm non modò non apparentibus, ſed etiam contrarijs & repugnantibus ille crediderit; alij verò aliquibus argumentis adducti.

Geneſ. Credidit Abraham Deo; ſed ſibi per Angelum interpretem loquuto.

Geneſ. Iacob credidit; ſed vidit ſcalam è terra in cœlum vſque porrectam, in cuius vertice ſtaret Deus, Angeli aſcenderent & deſcenderent.

Exod. 3. Moyſes credidit; ſed vidit rubum inflammatum, & ſemper inconſumtum.

Iſa. 6 Iſaias credidit; ſed vidit ſedentem in throno, & Seraphinos infinitos ſedenti adclamantes *Sanctus, S. S.* &c.

Matth. 17. Petrus credidit; ſed vidit ſicco veſtigio mare calcantem; vidit in mõte Thabor Solari ſpecie collucentem; vidit medium inter Moyſen & Eliam; audiuit Patrem Filio adteſtantem, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.*

At hic latro, qua (quæſo) ſpecie aut maieſtate videt Chriſtum?

Pro Angelis ſtipatoribus, ſtipatum videt tortoribus, & latronibus.

Pro Angelis laudatoribus, audit blaſphemantes populos, milites, ſocium ſuum, Sacerdotes, & quos non? Om-

Omnes pro virili pendentem calumnijs onerant, quò peioribus, hoc tunc melioribus & plauſilioribus.

Effrõtiſſimus, Deterrimus & maledicentiſſimus uiſque tunc eius æmulis gratiſſimus fuit.

Pro ſcala in cœlum, ſolam Crucem videt.

Pro diademate regio, ſpineam coronam, pro ceptro clauos.

Pro purpura, ſanguinem toto adhuc corpore diffluentem.

Non ille transfiguratum vidit, ſed (vt ſic loquar) defiguratum, & planè deformatum. *Reputauimus eum quaſi leproſum*, ait Iſaias: *non erat ei ſpecies neque decor*.

Et tamen audaci fide clamat, *Domine*; credit & profitetur, quod minimè apparet. O fidem! ô dignam Chriſti indulgentiam Latronis & [illegible]cuſſoris audaciam!

Sub cruce, ſub ſanguine, ſub ignominijs, perſpicillis fidei adiutus, longè videbat ſceptra & coronas Chriſti pendentis.

Hodiè, Fidem latro iſte antiquam Synagogæ totam etiam prædatus eſt.

Beatus es, beatus es ô Diſma, *quia caro & ſanguis*, caro mea ſic ſauciata, *& ſanguis* meus tam indignè hauſtus *non reuelauit tibi, ſed Pater qui in cœlis eſt*, meritò dixerit illi Chriſtus.

Quid, quòd nec timet hâc confeſſione, ſibi tormenta à Iudæis duplicari?

Fortior ille Petro & fidelior, qui ad ancillulæ vocem Chriſtum noſſe negauit & pernegauit.

* 2. *Spe*. Nullis meritis bonis, imò multis meritis malis animum plenum conſciebat, Sentina malorum, & ſtruma mundi

fuerat hactenus homo ille, baratrum omnium ſcelerum.

Iam illi mors in ianuis; iam oculi media morte natabant; Reſtituendi rapta, & vitas hominibus læſis cæſisq́, & Deo ſatisfaciẽdi occaſionem omnem ac tempus deeſſe videbat, & quid non?

Omnia contra ſpem militabant: omnia ad deſperationem præcipitabant; Et tamen *contra ſpem in ſpem credidit*, & ſperauit.

Nunquam ſera eſt (inquit) *ad bonos mores via.*
Gratia ſit quamuis meritis indebita noſtris,
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei. Ouid.

Geneſ. 4. In Caini voces non erupit: *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.*

Vitarum opumq́ omnium magnus Dominus, Deus meus iſte, poterit iura aliena aliò transferre, & de ſuo aliàs refundere, aiebat ille intra ſe.

★ 3. *Charitate* in Deum, cuius Filium ipſe vnus, omnibus certatim vituperantibus, laudat, cùm ait: *Hic nihil mali fecit*, Pilatum & Iudæos omnes admodùm taxans.

Quidquid patimur, peccata noſtra meruerunt, hic ex mera pendet obedientia.

Deſerentibus Chriſtum iſtis, alijs negantibus, alijs diſſimulantibus *propter metum Iudæorum*; ipſe vnus ſequi incipit, & cupit eius miles autorari. Re ad triarios redacta, victoria ad hoſtem inclinante, vult iſte nihilominùs dare nomẽ Chriſto: veteranis fugientibus, tyro ſemihorarius vult prælium redintegrare.

Deſcenditq́ cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Cum ipſo ſum in tribulatione.

Aduerſis agitatum amicum non deſerere, paucorum

çorum eſt; admittere ignotum & miſerum in amicitiam nouam, pauciorum; quærere autem & ambire ignoti, miſerrimi iam iam expiraturi amicitiam, vnîus huius latronis fuit. O Diſma, *magna eſt fides tua. Fides tua te ſaluum fecit.*

* *In proximum*; Nam latronem alterum intempeſtiue blaſphemantem Chriſtoq; inſultantem, blandè corripit. Quem ſocium latrociniorum prædęq; tamdiu habuerat, velit magno etiam habere pœnitentiæ conſortem.

Vult illum quoq; participem eſſe eius latrocinij, quo mòx mòx, pœnitendi violentia, regnum Dei rapturus eſt.

Ita diſſecari amicitiam duorum dolet. Animam alterius in Infernum abripi, alterius rectà ferri in Paradiſum fert ægerrimè.

Neque tu times Deum, inquit? Tune etiam nunc es ex non timentibus Deum?

Diſputat ſcilicet, publico auditorio, ex cathedra Crucis, cum Sicario blaſphemo, dè timore & iuſtitia Dei. *Etiam ſententias loquitur carnifex*. Factus eſt derepentè ex prædone, præco verbi Dei zeloſiſſimus.

Hortatur ad patientiam dicens, *Nos digna factis recipimus*. q. d. *Quæ venit ex merito pœna ferenda venit*. Ouid.

Nonnulli putant, caritatem illam, qua ſocij ſalutem antè adcurat, quàm pro ſe oret, imprimis illi miſericordiam tantam apud Chriſtum impetraſſe.

* *In ſeipſum*, Nam ordinatiſſimè de æterna ſalute cogitat, corporali iſta & temporaria prorſus contemta.

Non facio animam meam pretioſiorem quam me, ait Paulus.

Miſerere animæ tuæ placens Deo.

Quid corpori contingat, humi ne an ſublimè putreſcat, ſuſq́ue deq́ue habet, dum animæ ſit benè.

* 4. *Confeſſione & contritione.* Fatetur peccaſſe, & quod patitur, meruiſſe; *Nos quidem iuſtè* (inquit) *nam digna factis recipimus.*

Bonarū mentium, & de peccato verè dolentiū eſt, è ſcalis aut theatro, inter lictoris manus, audiente Prætore, culpam agnoſcere, pœnam non valdè deprecari, ſed patienter ſubire.

Iuſtus in principio accuſator eſt ſui.

Adeò ſui illum pudet, vt cœlum petere non auſit, non ſedere à dextris vel à ſiniſtris (vt duo illi quondam fratres Apoſtoli) non; ſatis eſt, imò plus ſatis illi eſt, ſi Chriſtus dignetur eius quomodocunque meminiſſe. *Memento mei*, ait. *In regno tuo memento mei*, qui tui memini in ſeruitute conſtituti.

In proſperis *memento mei*, qui tui memini in aduerſis; *Memento mei*, agnoſce quod tuum eſt, qua homo ſum; non memento meorum, quæ tua non ſunt, quia peccator ſum, & quidem tantus. *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.*

Meminiſſe mei tam potentem tamq́ liberalem Dominum, ſatis mihi ac plus ſatis. Contenti ſunt *catelli de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum.*

Non hoc, non illud peto, ſed quod tibi Deo meo videtur bonum, ne fortè neſciam, quid aut quo modo petam.

A Dijs nil niſi bonum.

Dum veneris in regnum tuum, non huius mundi, vndè tu egoq́ue diſcedimus, ſed illud aliud, de quo tu apud Pilatum & ſæpè alibi, & quo hinc abis iure hæredis, & pro meritis, certò ſcio. *Nonne hæc oportuit pati* CHRISTVM, *& ita intrare in glo-*

gloriam ſuam? Luc. 24.

* 5. *Oblatione*, Nàm hac inuocatione, *Domine memento mei*, Chriſtum ſuum Dominum conſtituit, ſe illius ſeruum, quantus quantus eſt. Vtere, inquit, abutere. Ius tibi in me vitæ neciſq; do, aut potius reddo.

Domini enim *eſt terra & plenitudo eius, & vniuerſi qui habitant in ea.* Pſal.

Seneca ſenſo, Quiſquis alterum ſui dominum ſtatuit, eidem & voluntates ſuas, & fortunas omnes offert.

Eane parua oblatio? An non plus eſt, ſe, quàm ſua, Deo aut cuicunque alteri Domino obtuliſſe?

Parumne obtulit, qui ſibi nil reſeruauit? Multum obtulit, qui ſibi nihil reliquit.

Denique; Corde, Linguaqúe, quæ ſola illi iàm ſupererant, quanto potuit tempuſculo ſeruiuit Chriſto, Voluntate & voto æternùm illi ſeruiuit.

Credit, timet, dolet, narrat, prædicat, amat, confidit, & orat. &c.

Pauca quidem, quæ fecit; ſed Chriſtus interiora hominum intuens, vidit illum multa atque ingentia, niſi mors præueniſſet, voluiſſe.

Animo & deſiderio Virtutes omnes ſibi aggregabat, aſperrimam quamque vitam pro peccatis iã voto viuebat.

Ita latro Chriſti animam indulgentiamqúe tandem deprædatus eſt, & impijs latrocinijs adſuetus, hodiè piè latrocinando mortuus eſt.

Sic *Surgunt indocti & cœlum rapiunt.* D. Auguſt. li. 8. confeſſ. cap. 8.

Sic *Publicani & peccatores præcedent vos in regno Dei.*

Adde

Adde,& Dominum Ieſum tunc illi quodammodò gratiam retuliſſe, quòd olim in matrem ſuam ſeq́; adhuc puellulum fugitiuos miſericors & pius fuiſſet,gratiamq́; iſtam, latronem iàm tùm de congruo(vt ſcholæ loquuntur)fortè meruiſſe.

Et benè apud memores veteris ſtat gratia facti.
Beneficium grato quod fit,non perit.
Fructuoſum, mandare ſemina agro non ingrato.

Etſi nullus eſt montium inuicem occurſus, eſt tamen hominum frequentiſſimus, inquit prouerbium ſoli noſtri.

Datur aliquandò reddere talionem in vtramq́; partem.

Recurſus eſt gratiarum & beneficiorum.

Sic nos(Auditores)ſic nos miſellos, maleficos, & latrones hoc iſto fortaſſe deteriores,oportet aliquo modo apud Deum eiusq́; Eccleſiam, Indulgentias,quas optamus,promereri.

Latrones inquam nos. Dubitatis?

In omni peccato(ſi neſcitis)reperire eſt, genus quoddam furti,imò & latrocinij.

An non peccatum definiunt *auerſionem ab incommutabili bono, & conuerſionem ad bonum commutabile?* id eſt,hominis Deo debiti à ſuo creditore ſubtractionem?

An non & per *peccatum occidit homo animam ſuam?*

An non ſæpè etiam alienam, ſcandaloſis exemplis?

Maximè autem latro eſt quiuis Prælatus, aut Pater,ſi cum ſcandalo ſuorum is peccat. Latro enim & quaſi latero ac cuſtos ſubditis ac filijs ſuis à Deo conſtitutus, vt ipſos illi ſeruet integros, tunc vertitur in latronem, raptorem,ac parricidam.

Luc.

Luc. 10. Credo, non malè intelligas de quolibet talium infœlicium vel ſubditorum, vel filiorum, parabolam illam hominis, qui *ab Ieruſalem*, id eſt de cœlo per creationem, *deſcendens in Hiericho*, id eſt, veniens in hunc mundum perpetuò mutabilem & Luna inconſtantiorem, *incidit in latrones*, id eſt, in malos vel Prælatos vel parentes, *qui deſpoliauerunt eum*, & grauiter vulneratum *ſemiuiuum reliquerunt*, id eſt, naturæ dona & ad virtutem ſemina vitiarunt; & relicta vita corporis, animæ ſuam vitam, id eſt Dei gratiam, abſtulerunt, quod eſt eſſe ſemiuiuum.

Nec dubito idcircò dixiſſe Chriſtum, *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt & latro.* Ioann. 10.

Adde, eiuſmodi ſæpè *deuorare pauperem in abſcondito*, digniores fortè ſuſpendio & cruce, quam latrones ipſi, cum à latronibus ſuſpectis cauere omnes vtcunque poſſint, ab iſtis autem vix quiſquam, poſſit, & fortè nec debeat.

Rurſus; latrones ſic dictos iàm antè oſtendimus à latendo, quòd latenter inſidientur; an non ergò latro omnis peccator?

Qui enim malè agit odit lucem.

Iob.... *Oculus adulteri obſeruat caliginem.*

Latrocinia mera ſunt { 1. *Superbia*; 2. *Ira*; 3. *Luxuria*; 4. *Gula*.

* 1. *Superbia*; An non ea latrocinium alieni, gloriæ Dei ſcilicet?

Vox Dei, *Gloriam meam alteri non dabo.*

Vox Superbi, *At ego illam, etſi non dederis, vſurpabo.* D. Bernard.

D. Bernard. in vigil. Nat. Dom. ſer. 4. *Vult Deus fieri*

fieri voluntatem ſuam, & ſuperbus vult fieri ſuam, diuinæ ſcilicet excellentiæ manifeſtus inuaſor.

* 2. *Ira*; quæ ſi eſt vindictæ enormis adpetitus, an non ea rapina mera diuinæ Iuriſdictionis? *Mihi vindictam,* ait, *& ego retribuam.* Iratus autem; at nec te, nec ſic, nec tùm, volo vindicem, ſed me, ſed ſic; ſed modò modò.

* 3. *Luxuria*, an non & furtum cordis & amoris Deo debiti, & ad creaturam inordinatè tranſlati?

Adulterium, fornicatio, &c. an non contactus alieni?

Deus bone! quàm multorum corda non ſua & vir & mulier comptiores deprædantur!

Auferimur cultu, gemmis auroq; teguntur
Omnia, pars minima eſt ipſa puella ſui. Ouid.

Cant. *Oculi tui auolare me fecerunt.*
Oculus deprædatus eſt animam meam.

* 4. *Gula*, quid? niſi furtum rerum pauperibus debitarum? quaſcunque ſcilicet ſuperfluè ſumis, ſeu potus ſit, ſeu cibus, quotidiè ſplendidè epulando?

Quod ſupereſt date eleemoſynam, ait Dominus.

Latrones ſumus Religioſi, Sacerdotes, ſi qui comedimus peccata populi, neq; ſic viuimus, vt peccata populi deleamus, *mediatores fraudulenti,* vt vocat D Bernardus.

Latrones ſumus, ſi voluntatem noſtram & reliqua Deo olim deuota reſumamus.

Latrones, falſi Chriſtiani omnes, nomẽ tàm glorioſum indignè vſurpantes.

Latrones ſunt Hæretici, qui ſcientiam veritatis idiotis ſuffurantur.

O! in quàm multorum talium latronum medio pendet iterùm Chriſtus crucifixus, qui olim in medio duorum tantùm (è quibus tamen alter cõuerſus eſt) pendêre viſus eſt.

Et

Digitized by Google

Et quantò ignominioſius Chriſto, medium nūc eſſe talium latronum, id eſt falſorum Chriſtianorum, tanquam ipſorum Ducem, Doctorem, & Deum; quàm tunc inter duos illos pependiſſe, qui de eius neque nomine neque cognomine dicebantur.

Matth. 21. De cœtibus quorundam in Eccleſia, & falſis Chriſtianis, dici poſſit, quod olim Chriſtus de templo & Iudæis, *Vos domum meam feciſtis ſpeluncam latronum*, vtinam Caci tantùm vnius.

Latrones denique omnes homines ſunt, qui in Adamo latrocinante peccauerunt.

Rom. 3. *Omnes peccauerunt & egent gloria* Dei, & indulgentia.

Itaque & conandum vnà omnibus, illam poſt baptiſma ſuſceptum, promereri.

Indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus, orationibus, ieiunijs, eleemoſynis, &c.

Maximè autem promerebimur, ſi alter alteri indulſerimus.

Si Patrem Chriſtum, Matremqúe Eccleſiam, facilitate inuicem indulgendi, vt filij parentes, referamus.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter (& Mater Eccleſia) *miſericors eſt*.

Hæc regia ad Indulgentias promerendas via.

Matth. 18. Quantum libet capere diuinæ indulgentiæ, tantum per Deum licet. Per nos ipſos ſteterit, ſi parum acceperimus.

Matth. 6. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

Matth. 18. *Sic Pater cœleſtis faciet vobis, ſi non dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.*

De cordibus, optimè. Da gratiam, da quod iubes, ô bone Ieſu.

Omni-

Digitized by Google

Omnipotens ſempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita ſupplicum excedis & vota, effunde ſuper nos miſericordiam tuam, vt dimittas quæ conſcientia metuit, & adijcias quod oratio non præſumit.

Si libet vide P. *Roberti de Licio concionem de Indulgentijs Eccleſiæ, Serm.*50. *Item tractatum doctiſſimum F. Antonij Cordubenſis Franciſcani, de Indulgentijs. Item Dom. Robertum Bellarminum Card. de eadem re.*

IN FESTO S. NICOLAI.

Habita Anno 1607. 5. Auguſti. (quo die & proceſſio Vrbis Aueſnenſis incidebat) de talentis datis cuique ſecundum propriam virtutem. *Matth.* 25.

Thema. *Homo peregrè proficiſcens, dedit vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Matthæi 25.

Exordium.

VT cui electio datur è ſtabulo magni Principis eligere equum vnum quem velit, ſeu Hiſpanicum, ſeu Neapolitanum, ſeu Hungarum, ſeu Friſium, &c. neſcit quò ſe vertat, aut quem eligat, quum in iſto laudet pulchritudinem & pompam; in alio celeritatem; in Friſio robur ad bellum & luctam; ſed tandem præferens vtile pulcro, fortem pulcro præfert: Ita hodiè mihi accidit (Auditores.) Cum occurrant varia hodiè argumenta vel de Proceſſionibus, vbi doceri poſſit, non eſſe eas ad epulas, ſed ad orationes coniungendas, inſtitutas; vel de Euangelio hodierno Dominicæ IX. poſt Pentecoſtẽ; vel

vel de Patrono veſtræ vrbis D. Nicolao, & Feſti ipſius Euangelio; vix potui aut adhuc poſſum ſtatuere, ecquid cui præferam. Sed D. Nicolaus, qui dicitur victor populi, etiam hodiè eſt victor mei. Me enim de ſe vt dicerem coegit traxitq́; & de Euangelio talentorum, quod pridie comprehenſionis ſuæ dixit Chriſtus. Sequar igitur victus nolens-volens, & de talentis tractabo.

Dicẽdũ igitur hodiè mihi
- 1. *Paucula de parabola, quaſi de hiſtoria vera;*
- 2. *Quid hic intenderit Chriſtus;*
- 3. *Verbulum de Diuo Nicolao tutelari veſtro.*

A V E.

I.

Paucula de Parabola talentorum, quaſi hiſtoria vera.

Eſt quidem pomum aureum, quantum quantum eſt, bonum, ſed cortex eius amarior ad aliud atque aliud valet, aliter atque aliter præparatus.

Contuſus enim & potatus valere dicitur ad febres ſiſtendas; conditus autem ſaccaro, ad debilitates anteuertendas &c.

Interiora autem illius & quaſi medulla, ſuauioar ſunt & ad aliud valent, vt ad refrigerationem &c.

Sic ferè vſu venit in parabolis, in quibus cortex eſt, hiſtoricus ſenſus; medulla, literalis ſenſus & myſticus, vterq; vtilis, vnus ſic, alius verò ſic.

Parabolarum enim quædam, ſunt narrationes rerum verè geſtarum, in quibus forte & iſta.

Itaque videamus, quid hic boni, quid mali ſecundum corticem ſiue hiſtoriam.

* *Iſte* ergò homo oſtenditur primò diues fuiſſe, & quidem non mediocriter, vt qui potuerit vni decem talenta, id eſt, tria milia aureorum, alteri mille ducentos aureos; tertio ſexcentos aureos dare, abſque eo quod intrinſecus latet in arca, pro

vxore, pro liberis, pro ſe &c.

Ex Suida in hiſtoricis verbo talentum. *Talentum* (inquit) *vt Diodorus ait in libro de Ponderibus, ſexaginta minas, mina cẽtum drachmas, drachma ſex obolos, obolus ſex æreos, æreus ſeptem minuta continet. Talentum verò quod nũc Atticum apud Siculos dicitur, olim quidẽ minas vigintiquatuor, nunc verò duodecim continet. Homerus ait, duo auri talenta. Itaque noſtrum talentum, non par eſt talento veterum.*

Diuitiæ nihilominus nec laudabilem faciunt, nec vituperabilem, ſed earum vſus vel abuſus.

Tradidit eis bona ſua. Bona appellat diuitias contra Cic. in paradoxis.

* *Secundò*; & auarus fuiſſe; Primo; quòd tàm diues adhuc peregrinetur ad Garamantas & Indos; non verò ſe recolligat, & dicat ſibi; *Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima; porrò vnũ eſt neceſſariũ* &c. Secundò; quòd vbiq; lucrari velit, & domi, & foris. Domi; nàm vult ibi etiam ſeruos rem facere, dum ipſe foris quæſtum facit.

Inſatiabilis auaritia. Hydropiſis quædã. Tãtalus.
Tàm deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet.
Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. Ouid. Faſt.
Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus habendi
Vix vltrà quò nunc progrediatur, habet. Idem.
Iſai.... *Væ qui coniungitis domum ad domum* &c. *nunquid vos ſoli habitabitis ſuper terram?*

Meliùs, ſi iàm ſatis diues, ſe ſibi & Deo collegiſſet.

* *Tertiò*, etiàm durus, & cupidus rei augendæ, per fas & nefas, *metis vbi non ſeminaſti*, aut illi ſeruus ſuus, quod nec ipſe refellit.

* *Quartò*, vſurarius. Nummularijs voluit dari talentum, vt ipſe cum vſura reuerſus reciperet. Peccatum grande vſura, adeò vt Cato, homo Ethnicus

fœnus

fœnus homicidio compararet, teſte Cic. 3. Off.

Contra, Bona illi hæc inſunt; Prudentia, vt qui dederit *vnicuique ſecundum propriam virtutem*. Qua in re etiam eſt ſpecies quædam Iuſtitiæ diſtributiuæ. Noluit ille talenta temerè dare, vti quõdam ſolebãt *ſpargere nummos populo de Roſtris*, vt refert Cic.

Eſt etiam in eo ſpecies Iuſtitiæ commutatiuæ, quod laudârit fidelem ſeruum, & præmio affecerit *ſupra multa conſtituens*, vocans & iubẽs intrare *in gaudium Domini ſui* j. ad geniale exulum Domino reduci paratum, ſed & puniens etiàm inertem.

Vltima hæc in hoc patrefamilias ſuadeo imitari; ab vſuris autem reliquaq́; eius vitiorum farragine longiſſimè diſcedere.

Habitabit enim *in tabernaculo Domini qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram*, ait Dauid in Pſal.

Luc. 6. *Mutuum date, nihil ſperantes.*

Suadeo etiàm maturè commercia relinquere, moderatè iàm aucto patrimonio & rebus partis aut relictis, ad vitam temperanter ſuſtentandam, & nuptias liberis honeſtas conciliandas, & mediocres eleemoſynas faciendas. Nam huc etiam laborandum.

Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum ſuperlucretur, animæ autem ſua detrimentum patiatur?

II.

Quid hic intenderit Chriſtus.

Sed iàm ad ſenſum à Chriſto intentum quaſi ad pomi aurei medullam.

Ac primum videamus, quis ſit hic homo.

★ 1. *Deus Pater.*

Sed quomodo (inquis) abire, & redire poteſt, qui vbique eſt?

Cœlum & terram ego impleo, inquit ipſe.

Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedũ meorum.

Digitized by Google

Pſal 138 *Quo ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es: Si deſcendero in Infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.*

Vbique in Deum ipſum incurſatur.

Deindè; cum peregrinari ſit in aliena patria verſari, quo poſſit ire Deus in non ſuum, cuius ſunt omnia?

Pſal. *Domini eſt terra & plenitudo eius.*

Reſponderi poſſit, dici abire & redire, cùm ſe nobis vel oſtendit, vel ſubtrahit.

Vel, quum peccantes punit, aut non punit.

Vel, quum quidam dicunt; *Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat.*.

Vel, cum libertati noſtræ nos relinquit, ne ad oculum ſeruire videamur.

* 2. *Chriſtus* ipſe, melius ac verius. Homo enim profectò eſt, & nunc à nobis abijt in cœlum.

Gregor. homil. 9. in Euang. *Carnis enim locus proprius terra eſt: quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrum in cœlo collocatur.*

Idem in fine homil. 9. *Quaſi quippè peregrè abijt, qui ſcilicet de hac terra, in qua natus eſt, longè diſceſſit.*

In cœlo peregrinatur Ieſus, quia ibi immortalitate fruitur, quæ à conditione mortalium alieniſſima eſt.

Dom. Ieſus, cum in cœlum, poſt triginta trium in terris annorum & eò ampliùs peregrinationem, redijt, aut carne noſtra veſtitus primum venit, quibuſdam angelis tam peregrinus atque ignotus viſus eſt, vt dicerent; *Quis eſt iſte rex gloriæ?* &c. Pſal.

Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?

Quare rubrum eſt veſtimentum tuum?

Pere-

Peregrinus certè omnium maximus, Chriſtus fuit, de quo meritò dicatur *tu ſolus peregrinus in Ieruſalem?* Luc. 24.

Peregrinus venit,è ſinu Patris,in ſinum Virginis. è cœlo in Mundum.è throno & dextera Patris, ad thronum crucis & dexteram latronis.

Puellus vix ſex hebdomadarum, peregrinatus eſt in AEgypto.

Denique tota eius vita, vti & noſtra, peregrinatio mera fuit,eaq́ illi imprimis moleſtiſſima?

2. Cor. 5. *Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino.*

Natura dedit hic nobis non habitandi domicilium, ſed peregrinandi diuerſorium. Seneca.

Vel aliter ſecundum Chryſoſtomum homil.53. op. imp.in Matth. *Ad regna cœleſtia aſcenſurus* (inquit) *& ad patrem ſuum iturus vndè deſcenderat, peregrè ſe iturum dicit, propter charitatem Sanctorum, quos relinquebat in terris,cum magis peregrè eſſet in mundo.*

Scilicet pater familias factus eſt, cum habuit Eccleſiam ſponſam,& filios ex ea, pro qua facit quod dicitur, *propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam,& adhærebit vxori ſuæ*; tam amat Eccleſiam,vt ea relicta ad tempus ad patrem ire,ſit illi peregrinatio ſatis moleſta.

Vt ſponſus Aueſnis natus, ſed habitans Mõtibus cum vxore quam ibi habet cum Aueſnas venit, dicit ſe peregrè proficiſci propter amorẽ ad vxorem intẽſum,ita Chriſtus. Ergò hic homo,Chriſtus eſt.

* 1. *Serui* autem,ſunt Chriſtiani omnes, & veri Dei fidem habentes.

* 2. *Tres ſerui*; dicantur Incipientes,Proficientes, & Perfecti.

*3. Tres iſti ſerui ſunt;Primus, Presbyter qui quinque talenta accepit. Secundus, Diaconus qui duo.

Tertius,populus qui vnum.*Chryſoſt.homil.53.op.imperf.in Matthæum.*

* 4. *Qui quinque* talenta accepit,Iudæus eſt,qui omne ſacramentum in lege cognouit,idq; fide Euãgelij duplicauit:qui duo,Gentilis,qui ſpiritu & carne Chriſtum confeſſus,Hylario.

* 5. *Quidam putant* (ait Chryſ. homil. 53. op.imp.) tres iſtos omnes doctores eſſe,differentes autẽ gratias habuiſſe:& hunc tertium ideò argui, quia non docuit alios gratiam ſcientiæ, quam habebat.

Idẽ hom. 41. in Geneſ. & Clemẽs Alexandrinus l. 1. Strõ. Inſinuare vidẽtur,hãc parabolã de doctoribus maximè accipiẽdam, quibus credita ſunt eloquia Dei.

Euthymius quoq; c. 60. in Matth. & Theophyl. imò & mater Eccleſia conſentit, vt quæ legat hoc Euang. in feſtis Confeſſorum & Doctorum.

Dominum iam habemus & ſeruos; talenti ergò ſignificatum veſtigemus.

Talentum ergò ſignificare poteſt
- 1. *Gratiam gratum facientem,*
- 2. *Gratiam à prouidentia Dei gratis datam pro vtilitate Eccleſiæ:* gratiam ſcilicet
  - 1. *Scientiæ eloquiorum Dei;*
  - 2. *Paſcendi;*
  - 3. Docendi;
  - 4. *Prædicandi;*
  - 5. *Diſpenſandi;*
  - 6. *Propugnandi per ius gladij.*

Epheſ.4. *Quoſdam dedit Apoſtolos,quoſdam verò Prophetas,alios Euãgeliſtas, alios Doctores,alios Paſtores ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij.*

1. Cor.12. *Diuiſiones gratiarum ſunt, vnus autem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult: alij quidem datur ſermo Sapientiæ, alij ſermo Scientiæ, alij genera linguarum, alij gratia Sanitatum* &c.

Suidas in hiſtoricis verbo talentũ: *Talẽtũ* (inquit)

in

in Sacra Scriptura eſt, cuiq; è cœlo miſſa diuina gratia.

D.Chryſoſtom. homil. 53.op. imp.talenta quinq; ſunt	1. *Agnitio Chriſti;* 2. *Presbyterium;* 3. *Gratia Verbi;* 4. *Baptizandi poteſtas;* 5. *Sacrificium.*	alia quinque ex his manantia	1. *Bona vita;* 2. *Solicita præſidentia;* 3. *Syncera prædicatio;* 4. *Digni Eccleſiæ filij acquiſiti.* 5. *Communio data populo, & Pater exoratus.*

Chryſoſtomo homil.80. in 25.Matth. *Talenta hic pro eo quod vnuſquiſq; facere poteſt, accipimus, ſiue autoritate protegere, ſiue pecunijs iuuare, ſiue doctrina admonere, ſiue alia quapiam re proximis prodeſſe queas.*

D.Gregor.homil.9.in Euang. *Talenti nomine cuilibet pauperi etiam hoc ipſum reputabitur, quod vel minimum accepit. Alius namq; accepit intelligentiam prædicationis, miniſterium debet ex talento. Alius terrenam ſubſtantiam accepit, erogationem talēti debet ex rebus. Alius nec internorum intelligentiam, nec rerum affluentiam accepit, ſed tamen didicit artem, qua paſcitur, ipſa ars ei in talenti acceptionē reputatur. Alius nihil horum aſſecutus eſt, ſed tamen fortaſſe familiaritatis locū apud diuitē meruit, talētū profectò familiaritatis accepit. Si ergò nihil ei pro indigentibus loquitur pro talenti retentione dānatur.*

4.*Reg*.4.Eliſeus talento familiaritatis cū Rege & Optimatibus vti voluit, pro Sunamitide, dicēs: *Eccè ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis: quid vis vt faciā tibi? nunquid habes negotium, & vis vt loquar Regi, ſiue Principi militiæ.*

Trium donationum differentium iſtarum forſitan nulla alia ſignificatio, quā pluris aut minoris; .i. qui vnū talentū accepit, eſt is qui accepit bonum quidē aliq;, ſed vel ex minoribus bonis, vel mino-

rem portionem maioris alicuius boni: qui duo, eſt qui vel aliquid ex maioribus bonis, vel maiorem portionem accepit: qui quinque, eſt qui maximum aliquid vel qualitate vel quantitate adeptus eſt: q. d. Alius accepit plus aut melius, alius minus, aut non tam bonum.

Notandum autem valdè illud, *Vnicuiq; ſecundum propriam virtutem*, vt videas, Chriſtum magna vſum prudentia atque æquitate, in Eccleſia ſua ordinanda, non autem promiſcuè omnes feciſſe Apoſtolos, aut 72. diſcipulos creaſſe, &c. non temerè negatum fratribus duobus, cognatis ſuis ſędere ad dexteram ſiniſtramq́; quod ambibant; non temerè Ioanni creditam Virginem Mariam, Petro autem Eccleſiam totam &c. *Vnicuiq; ſecundum propriã virtutem*, virginem virgini commendauit.

Videndum *quid* cuiuſque *ferre recuſent, quid valeant humeri.*

Secundum propriam virtutem, i. vel capacitatem vireſq́ue naturales, natiuaq́; adminicula; vel ſecundum vſum gratię præuenientis; vel ſecundum ſpecimen ſuæ virtutis iam datum; vel ſecundum magnam charitatem; vt Petro amanti dictum, *Paſce oues meas.*

Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.

Eſt modus in dando, Quis, Quid, Cui, Quomodo, Quando, (ait ſcitiſſimè quidam.)

Vt ager alius alio, huic ſemini vel arbori propagandæ aptior, ſic hominum alius alio, huic aut illi muneri magis idoneus.

Non omnis fert omnia tellus.

Bacchus amat colles.

Atlantem aut Herculem geſtare decet cœlum non colum: mulierem colum, non cœlum.

Vt

Vt variæ corporum facies, ſic animorum multę differentiæ.

Secundum ergò propriam virtutem, non ſecundum cuiuſque vota, non ſecundum amicitias, aut commendatitias literas plures, non ſecundum ſanguinis propinquitatem, aut generis nobilitatem, non ſecundum maiorum res præclarè geſtas, & virtutē alienam, ſed cuiuſque ſuam & propriam.

Emitur Virtute poteſtas. Lucanus.

Virtute decet, non ſanguine niti.

Virtute ambire oportet, non fautoribus. Plautus.

Non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum &c. Act.

Moyſes exceſſurus ex viuis, etſi filium haberet, qui ſibi ſuccedere in imperio poſſet, non ipſum tamen, ſed Ioſue ſuffecit.

Nunc creantur Duces militiæ ſacrę profanęque, pleriq; non *Secundum propriam Virtutem*, ſed huius fauorem, illius opes, illius genus &c.

Deus bone! quam multa mala in Rep. ex negligentia huius (*vnicuique ſecundum propriam Virtutem*!)

- 1. *Publicum*; Res enim non benè geruntur, dum qui debet, non poteſt, qui poteſt, non debet nec poteſt ex officio.
- 2. *Priuatum*
  - 1. *Ipſius qui malè gerit*, qui indè perit, ac vituperatur &c.
  - 2. *Illius qui promouit*, dū blaſphematur.
  - 3. *Tertii, qui merito honore fraudatur.*
  - 4. *Quarti*, cuius res malè curatur, curatoris ineptitudine.

Poëtarum fabulis, tria illa prima damna egregiè adumbrata.

 Ferunt

Ferunt enim, Phaetontem aliquandò precibus importunis à patre Phœbo (vt Patrem ſe probaret) ad tempuſculum regimen currus Solaris impetraſſe, ſed verò orbem totum, terras, ac maria, ac pœnè cœlum ipſum, ardore Solis conflagraſſe, cùm perperam adoleſcens aurigam ageret. Itaque Iouem coactum, adoleſcentem fulmine in Eridanum è curru deturbaſſe &c. *Ouid. lib. Metamorph.*

Vt, ſi in Comędijs aut Tragędijs exhibendis, perſonam virilem ſuſtinere cogitur à chorago, qui fœmineam vocem habeat: fœminam, qui voce virum & quaſi tympanum ſonet; Choragus imperitiæ arguitur, ita hic.

Diu. Hieronymus epiſt. 1. tom. 1. ad Heliodorum. *Dum tu ignauus negotiator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupaſti.*

Cur ego ſi nequeo, ignoroq́ue Poeta ſalutor? Tractent fabrilia fabri.

Ficus infructuoſa iam tot annos *vt quid etiam terram* occupat?

Peſſimi quique Duces olim ſigniferos nullos creabant, niſi qui nequitiæ, & (vt ſic dicam) propriæ ad malum Virtutis ſpecimen edidiſſent.

Nulli geſtanda dabantur Signa ducis, niſi qui ſcelerum iam fecerat vſum. Lucanus.

Ergò *nunc Reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram,* & nobis militię Duces, Epiſcopos, Abbatesq́; create, vnumquemq; ſic aut ſic, *ſecundum propriam virtutem.*

Ad templum Honoris, aditus ſit per templum Marianum Virtutis.

Vt *regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud,* ſic regna terrena inuadant, fortiores, j. magis idonei.

Non

Non prouideatur viris de honoribus, ſed honoribus de viris.

Vt Themiſtocles malebat filiæ virum egentem pecuniâ, quàm pecuniam viro, ſic ego malim virũ egentem Magiſtratu, quàm Magiſtratum egentem viro.

Malo cum Catone queri, cur huic non poſita ſit ſtatua, quam cur illi poſita, & cur ille non promotus ad maiora, quam cur alius ſic promotus.

Notandum tamen, gratias Dei non præſupponere virtutem, aut meritum obtinentis.

Magiſtralis enim definitio eſt gratiæ gratum facientis, *Gratia eſt forma, nobis* (ſpiritualis ſcilicet, non materialis) *gratis data ſine meritis præcedentibus, gratũ faciens habentem, & eius opus bonum reddens dignum vita æterna.*

Cic. 2. Rhet. *Gratia eſt, ſecundum quam dicuntur homines roganti gratis aliquid facere, non pro re alia, nec vt ſibi quidquam qui faciunt eueniat, ſed vt cui faciunt.*

Rom. 11. *Si gratia eſt ex meritis, iam gratia non eſt gratia.*

Fides ſine merito præcedente à Domino datur.

Epheſ. 2. *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hæc non ex vobis. Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur, ipſius enim ſumus factura.*

D. Bonauenturæ ſenſo, primam gratiam non cõtingit mereri; tùm quia eſt fundamentum omnis meriti & principium; tùm quia eſt donum purè gratuitum; intellige merito condigni, quod eſt contra Pelagium, dicentem nos poſſe eam mereri.

Sacramenta collatiua primæ gratiæ ſunt, Baptiſmus & Pœnitentia. Sed Euchariſtia & Confirmatio & Extrema vnctio præſupponunt gratiam.

Gra-

Digitized by Google

Gratia autem gratis data (Alexandro Alenſi p.3. q.73. memb. 2.) *eſt donum infuſum rationali creaturæ ſine meritis, quantum in ſe eſt diſponens ad ſalutem propriam, vel alterius ædificationem.*

Si ergò gratiæ Dei intelliguntur per talenta, & dicuntur dari *vnicuiq; ſecundum propriam virtutem,* intelligendum de ſecundis gratijs, vel de augmento primæ gratiæ, quod fit ſecundum bonum vſum prioris acceptæ: vel de merito, quod vocat ſchola de congruo.

Vel, *ſecundum propriam virtutem,* id eſt, ſecundũ cuiuſq; humilitatem, quæ propria eſt hominis virtus, qui tot humiliandi ſui cauſas habet, quot nulla propè creatura. Humilioribus ſcilicet Deus dat maiorem gratiam.

Et nota, gratiam Dei vel minimam, talento, id eſt maximi æſtimandam, vt leuiter non ſit amittenda.

Quis finis donorum Dei, intelligitur ſatis ex eo, quòd ſeruus piger ſpoliatus eſt habitis, & pœnis affectus.

Deus dicit, *do, vt des.* Facio, vt facias.

Vt agricola arat, ſerit, propter fructum & meſſem, ſic Deus.

1.Cor. 15. *Gratia* Dei *ſum id quod ſum: ſed gratia* Dei *in me vacua non fuit.*

2.Cor.6. *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam* Dei *recipiatis.*

1.Timoth 4. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt.*

1.Pet.4 *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ* Dei.

Quemadmodum annulus à magnete adtactus, alium adtrahit, & ille rurſus tertium; ſic oportet, conuerſum alterius conuerſionem adcurare.

Digitized by Google

Sic Clara ſororem Agnetem traxit.

Non ad otium, aut ad vanam gloriationem gratiæ Dei diſtributæ.

Sapientiam ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo.

Ezech. 36. *Hæreditatem meam dederunt ſibi.*

D. Greg. hom. 17. in Luc. c. 10. *Suſceptæ benedictionis miniſterium, vertimus ad ambitionis argumentum.*

D. Chryſoſtomo .... Talentum infodere, eſt non facere bonum: peccare autem, eſt talentum corrumpere. vbi ille pulcra de officio Chriſtiani.

Infoſſores ſunt aliqui, vt iſte, talentorum ſuorũ, qui ſcilicet toti in terrenis ſunt, nec ſibi nec proximis dona Dei applicantes.

Item; qui effoſſum tanto labore ex terra aurum, arca deinde includunt per auaritiam, vt malint aurum æruginatum tandem contra ſe in iudicio, quã pro ſe, clamare.

O ſi ſeminatum aut effoſſum in terra aurum in arbores germinaret, quam multa poma aurea haberemus! multi enim nunc auri infoſſores.

Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis.

Eccl. 20. & 41. *Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque?*

1. Cor. 9. *Væ mihi eſt, ſi non euangelizauero.*

Iſai. *Væ mihi, quia tacui.*

4. Regg. 7. *Dies boni nuntij eſt, ſi tacuerimus, ſceleris arguemur.*

Imperia ſoluit, qui tacet, iuſſus loqui. Sen. Trag.

Aliqui inſtar illius rapacis, qui *infodit terræ pallium coccineum valdè bonum* (charitatis ſc.) *& ducentos ſiclos argenti* (eloquentiæ ſc. naturalis & acquiſitæ) *regulamq́; auream quinquaginta ſiclorum* (Iuſtitiæ ſc. ad dirigendos actus virtutum:) itaque digni & ipſi etiam lapidari, vel de ſtercore boum.

De

De ſtercore boum lapidabitur piger.

Cic lib. 1. off. damnat quoſdam philoſophos, qui nunquam ad Rempub. velint accedere.

Præmium autem benè vtentium talentis, eſt *Intrare in gaudium Domini ſui, & ſupra multa conſtitui:* Pœna infodientis, ſpoliari. &c.

Bonus primæ gratiæ, aut primi miniſterij vſus, gradus eſt ad altiora.

Finis alterius boni, gradus eſt futuri : protinùs reduci nouus paratur honos.

1. *Tim.* 3. Apoſtolus ex bonis Diaconis iubet Preſbyteros ordinari.

Qui eunt de virtute in virtutem per benedictionem legiſlatoris, æquum eſt etiam ire de honore in honorem, gradatim, tàm in ſecularibus, quàm ſpiritalibus.

Hàc petitur cœlum.

Hæc eſt ſcala illa Iacob, qua cœlum conſcenditur. *Geneſ.*

Vt aquæ puteales, quò ſæpiùs exhauriuntur, eò creſcunt atque abundant magis, non hauſtæ verò & marceſcunt, & areſcunt, quod videre eſt (Geruaſio referente) in quibuſdam Angliæ puteis, ad ſal conficiendum ex aqua ſalſa, à Deo ordinatis: vel, vt aranea, quantò plus filorum nendo, ac telæ texendo, emittit, tantò plus materiæ à natura accipit; ſic talentis ac donis Dei benè expoſitis noua ſuccedũt, vel ea ipſa altiùs latiuſq; ſuccreſcunt.

Manna ſeruatum in diem alterum computreſcebat.

D. Bernardus habet ſermonem vnum de quinque negotiationibus & regionibus, in quo tertiam regionem ponit Expiationis, id eſt, Purgatorium, & nundinandum putat affectu compatiendi. Pulcra ibi.

Qui

Qui ergò habet talentum orandi, & ſpiritum deuotionis, ille vtatur pro ipſis orando.

Si qui abſcōdit, ità exceptus, quomodo qui corrupit? qui cum prodigo *diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè?*

Bapt. Mantuan. contra impudicè ſcribentes

Sunt quibus eloquij datur aurea vena poetæ,
Sed cadit in ſordes, inficiturq́; luto.

Sunt quibus eloquentia mira eſt, mira autoritas, incredibilis apud Magnos & omnes ordines eſt gratia, ſed his ad fallendum, ad premendum, imò & opprimendum inferiorem abutuntur. O ſceleratum talenti Dei abuſum!

Sed quæris; Talentum ab alio in alium transferri, quî intelligatur.

Non videtur id fieri in Iudicio extremo, cùm non ſit amplius tempus merendi, niſi intelligas talentum de præmio alterius in alterum tranſlato.

Vos autem in labores eorum introiſtis.

Certè Io. Arboreus ait: *Nos docet parabola, merita reproborum cedere in vtilitatem prædeſtinatorum.* Vide quæ dicimus ſermone de Indulgentijs, in Feſto Portiunculæ.

In vtilitatem tranſeunt Eccleſiæ totius, cuius illi pars erant, dum benè agerent, vndè forſitan etiam vis Indulgentiarum.

Apoc. 3. *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

Ab iniuſtis poſſeſſoribus repetuntur.

Vt enim iure bona rebellium aut ignauorũ militum, vel fiſco adſcribuntur, vel Scipionibus, Camillisq́; id eſt ſtrenuis militibus addicuntur; ita ac multò magis dona Dei.

Pſal. *Vt det illis hæreditatem gentium*, j. quãuis det illis alienã, tamen *opera eius veritas & iudicium.*

Item

Item augetur gloria beatorum, ex malorum cõparatione.

III.

Verbulum de Diuo Nicolao, Vrbis tutelari.

Cæterùm D. Nicolaus tutelaris veſter ex optimis ſanè ſeruis.

* 1. *Primò* enim non vſurpauit ille, aut quæſiuit talenta, ſed vocatus accepit; *Vocauit* (inquit textus) *ſeruos ſuos.*

Narra, vt prouinciales Epiſcopi diuinitùs admoniti ſint, vt eum eligerent, qui Nicolaus nomine poſtridie manè primus in Eccleſiam ingrederetur, &c. *Ex vita eius.*

* 2. *Vſus eſt optimè* talento ſuo, & pecunia ad literam, vt loquitur ſchola. Cùm enim eius ciuis egẽs, tres filias iam nubiles, in matrimonio collocare nõ poſſet, earumq; pudicitiam proſtituere cogitaret; re cognita, Nicolaus noctu per feneſtram tantum pecuniæ in eius domum iniecit, quantum vnîus virginis doti ſatis eſſet: quod cùm iterum & tertiò feciſſet, tres illę virgines honeſtis viris in matrimonium datæ ſunt. *Vide Ioan. Diaconum, & Metaphraſtem, de vita S. Nicolai, & Breu. Rom. 6. Decembris.*

* 3. *Talento autoritatis* & familiaritatis cum Magnis (de quo Chryſoſt. & Gregorius ſuprà) etiam optimè vſus eſt, oppreſſos ſubleuando.

Tres enim Tribunos per calumniam à Conſtantino Auguſto condemnatos, qui ſe propter famam eius miraculorum orationibus longiſſimè abſenti commendarant, adhuc viuens, cùm Imperatori, minaciter eum terrens, apparuiſſet, liberauit. &c. *Breu. Rom. ibid.*

Itaque nunc ſuper plura conſtitutus regnat in gaudio Domini ſui, quo nos perducat Deus. Amen.

Palea

Digitized by Google

Palea & mica.

Homo durus. Metis vbi non ſeminaſti.

Prouerbialis loquutio, ſignificans aliena & non ſui iuris vſurpantem, & ad ſe trahentem omnia per fas & nefas, & vel ex arâ, & (vt Gallico prouerbio dicitur) ex pedibus ipſius Dei, vti aliquandò Dionyſius Tyrannus ex manibus Deorum ligneorum, &c. *Valer. Max.*

Hoc eſt in aliorum labores introire.

Sic plagiarij quidam; de quibus ille:

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores.

Tyrannorum id proprium.

Quomodò ergò Chriſto iſta conueniunt? Reſpondeo.

* 1. *Calumniam* ſerui eſſe, & excuſationes caluas in peccatis. *Addit mendacia culpæ.*

Tamen *cauſa, patrocinio, non bona, peior erit.* Ouid. lib. 1. Triſt.

Peccator audet vel in Deum culpam ſuam trāſferre, vt Adam. *Geneſ.* 3.

Pſal. *Declinauerunt in te mala.*

Dominus verò, durum ſe, aut metere vbi non ſeminârit repetendo, vel ironicè repetit ac pronūtiat, vel concedit docendi gratia, q. d. Eſto. Nam ſi me talem ſciebas, tantò oportuit te ad rem attentiorem eſſe.

* 2. *Pelagianorum* verba eſſe poſſunt, temerè putantium opera ſua bona, non à Deo ſeminante & gratiam infundente, ſed ſua virtute effici, à quibus tamen operibus Deus gloriam ſuam, & laudem, & gratiarum actionem velit.

* 3. *Durus* dici poteſt, quia nullum vitium relinquit impunitum.

Digitized by Google

At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.
Virg. 1. AEneid.

* 4. *Metit quoque* vbi non ſeminauit, id eſt in gloriam ſuam vertit etiam vitia Improborum, quæ tamen non ſeminauit, ſed ipſi peccatores. Nàm *ſine ipſo factum eſt nihil*, id eſt peccatum.

Punitio enim malorum non minus Deo glorioſa, quàm merces bonorum.

D. Aug. *Melius iudicauit de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere.*

Profuit mihi Thomas qui diu dubitauit.

* 5. *Ex peccatis* metit vſuram & fructum pœnitentiæ, humilitatis, & maioris, poſt caſum, feruoris & prudentiæ.

Ex pœnis & ſupplicijs quæ non fecit (*Deus enim mortem non fecit*) fructum exigit patientiæ, humilitatis, & precationis.

* 6. *Meſſuit vbi* non ſeminauit Chriſtus, cum *languores noſtros ipſe tulit, & peccata noſtra ipſe portauit.*

Quæ non rapui, tunc exoluebam.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.

Patres noſtri comederunt vuam acerbam, dentes verò Chriſti *obſtupeſcunt.*

2. Cor. 9. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*; At in Chriſto non ſic.

* 7. *In temporalibus* dare ad vſuram, graue quidem peccatum eſſe, at in ſpiritalibus tamen licitũ, & gratum Deo officium; imò quò plures vſuras quis nouit hic exigere, ille ſoluere, tantò ſanctior vterq; & remuneratione ampliori dignior.

Nummularij qui ſint.

* 1. *Pauperes.* Prou. 19. *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis.*

D. Cyprian. de habitu Virg. *Patrimonia tua pauperibus fœnera &c.*

Digitized by Google

* 2. *Auditores*, à quibus exigit fœnus audientiæ & mutationis vitæ, *Chryſoſtomo homil. 29. in Matth.*

IN FESTO S. ROCHI. Leodij in S. Martini Inſ. anno 1604. 16. Auguſti.

Thema. *Cùm cucurriſſet Aaron ad mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos ac viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit* (percuſſis tamen iam 14. milibus & ſeptingentis) Num. 16.

PErditis Chore, Dathan, & Abiron, & ſocijs, item ducentis quinquaginta pſeudothurificatoribus, cùm murmuraret populus in Moyſen & Aaron, velut populi parricidas, & ignis (forſan peſtis) à Domino iàm immiſſus eſſet in populum, iuſſerat Aaronem Moyſes thuribulum accipere, quod cum feciſſet, & oraſſet, plaga ceſſauit.

Dicendum hodiè mihi
1. *De præpoſterâ hominum curâ in morbis ac peſtibus ſuis curandis.*
2. *De remedijs peſtis quibuſdam corporalibus, & ſpiritualibus.*
3. *Quid Sancti hîc, & quid Rochus poſſit.* AVE.

I.

De præpoſterâ hominum curâ in morbis ac peſtibus ſuis curandis.

Benè facitis (Auditores) qui ſic D. Rochum, veſtrum à peſte poſt Deum ſeruatorem, honoratis. *Laudo vos.*

Eccl. 38. *Honora medicum propter neceſſitatem. Etenim illum creauit Altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela & à Rege accipiet donationem.*

Ibid. *Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.*

Contra eos, qui medicos & pharmaca omnia aſpernantur, quòd *poſiti* ſint *termini vitæ noſtræ qui præteriri* & præueniri *non poterunt.*

Poſuiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.

Natura enim ipſa incitat, ac trahit ad medicos.

Cic. 1. Off. *Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam, corpusq; tueatur, declinet ea quæ nocitura videantur.*

Adeò, vt quibuſdam animantibus quibuſdam notæ ſint ſuæ, ac ſuorum medicinæ.

Bufo læſus ab aranea, recurrit ad plantaginem.

Felis, ad herbam, de eius nomine dictam Gallicè *herbe de chat.*

Produnt in Creta capras ſagittis percuſſas Dictamni paſtu eas excutere.

Virg. 4. Aeneid. inſinuat ibi *qualis coniectâ cerua ſagittâ.* &c.

At 12. Aeneid. manifeſtiſſimè:

Non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo volucres hæsêre ſagittæ.

Cic. 1. de Natur. Deor. *Capras auditum in Cretâ feras, quum eſſent confixæ venenatis ſagittis, herbam, quærere quæ Dictamnus vocatur, quam quum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore.*

Seruius in 4. Aeneid. *Ceruæ vulneratæ Dictamnum quærunt.*

Hirundo excæcatis pullis adhibet lapidem chelidonium.

Clyſterem didicimus ex aue quadam.

Plinius lib. 8. cap. 32. *Simile quiddam & volucris in eadem*

LVDOVICI BERI SACRARVM literarum doctoris, ad Quæſtionem ei propoſitam, Vtrum videlicet tempore peſtis, vel ex alia cauſa, advitandam mortem, ſeu mortis periculum, fugere interdum liceat, necne? Et ſi quando liceat, an tunc præſtet, non fugere?

Ex ſacris literis, Et homini verè Chriſtiano conſolatoria Reſponſio.

SEcūdum doctrinam Doctorum catholicorum, ſicut ex diuino præcepto, Non occides, nulli licet priuata autoritate, ſeipſum, aut alium hominem occidere: Ita etiam interdum obligatur homo, fugere mortem: hoc eſt, fugere ad euitandam mortem imminentem, ſi poſſit medio licito. Vt ſi quis non fugiendo mortem, probabiliter daret abſque vtilitate, alteri occaſionem homicidij.

Date locum iræ: Rom. 12. Aut ſi talis hominis vita, reipublicæ plurimum foret vtilis, & eius mors damnoſa.

Sic Chriſtus fugit in AEgyptum: & cum Iudæi Chriſtum vellent lapidare, Ioan. 8. Ieſus abſcondit ſe, & exiuit de templo. Et ſic Paulus à Damaſco fugit: Act. 9. Aut ſi aliquo alio præcepto diuino, fugere teneretur. Deus enim dominus eſt vitæ, ac mortis.

Inſuper homo liber, non aſtrictus oneri præſentiam eius poſtulanti, etiam ſi non teneatur fugere mortem probabiliter imminentem, ex aliquo diuino

uino flagello:vt ſunt peſtilentia,fames,gladius, & alia huiuſmodi:licitè tamen poteſt fugere, ad ſaluandam vitam: dummodo eius fuga non cedat in graue ſcandalum, iacturam, aut periculum proximi:nec aliunde prohibita ſit diuino præcepto, & fugiat bona intentione : vt diutius viuendo, magis ſe diſponere poſſit ad animæ ſalutem, per pœnitentiam & alia opera charitatis : vel vt ſibi & alijs plus & diutius prodeſſe poſſit, vel alia bona intentione. Sic Geneſ. 12. Abraham famis neceſſitatem fugit in AEgyptum : & ad vitandam mortem, vxorem vocauit ſororem. Et ita Iſaac, Gen. 26. & Iacob à facie fratris ſui Eſau: Gen. 28. Et Helias timore mortis fugit à facie peſſimæ Iezabel. 3. Reg. 19. Et Dauid fugit gladium regis Saul: 1. Reg. 21. & à facie filij ſui Abſalon: 2. Reg. 15. Quare homini admodum timido, nulli alteri ad manendum obſtricto, etiam licet fugere periculum mortis imminentis ab alio diuino flagello, quale eſt inualeſcens peſtilentia: dummodo (vt dictum eſt) talis fuga, fiat bona intentione, & non cedat in graue ſcandalum, iacturam, aut periculum proximi: nec etiam ſit aliunde prohibita diuino præcepto. Vnde Matt. 10. Chriſtus: Cum autem, inquit, perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Hoc autem licentia eſt, non præceptum: ſed vt oſtendatur, aliquando licitum eſſe fugere, ſeu per fugam euitare mortem.

Nihilominus in tali caſu, homini ſic libero (vt dictum eſt) licet bona intentione non fugere eiuſmodi diuinum flagellum, mortem minitans: vt ſi cogitet, non eſſe certum, ſibi illud flagellum eſſe ad mortem : cum non omnes in loco peſtilenti permanentes peſte intereant: ſicut nec omnes inde fugientes, permanent incolumes : & in promptu eſſe pharmaca, ſibi ſatis accepta, ad præſeruatio-

eadem Aegypto monſtrauit, quæ vocatur Ibis, roſtri aduncitate per eam partem ſe proluens, qua reddi ciborum onera maximè ſalubre eſt.

Pellicanus ipſe excito ex pectore ſuo ſanguine pullos occiſos ſuſcitat.

Medicinis igitur vti, naturale ac licitum, tàm curatiua, quàm præſeruatiua, quam vocant.

Et Demades quidem, *gratiam maiorem medicis deberi dixit, qui morbum ingruentem arcerent, quàm qui iam præſentem expellerent.* Optabilius enim non pati, quàm à paſſione liberari.

Itaque credo Ibes Aegypto gratiſſimas, *à qua auertunt peſtem, quum volucres angues ex vaſtitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt atq; conſumunt, ex quo fit vt illæ viuæ nec morſu noceant, nec odore mortuæ.* Cic. lib. 2. de Nat. Deorum.

Laudo verò etiam, quod quibus morbis natura auxiliari non poteſt, his ſupernaturalia remedia quæritis, per Sanctorum ſcilicet inuocationem & miracula, vt cùm D. Rochum religiosè inuocatis tempore peſtis, aut ante illud.

At præpoſtera hic multa in pleriſque nobis:
1. *Timor;*
2. *Medici multi, iidemq; optimi;*
3. *Acceleratio;*
4. *Adtentio;*
5. *Obedientia.*

* 1. *Timor.* Corporis enim morbos ac peſtes mirè horremus; animæ verò non timemus, ne dicam quæri, adorari, &c.

Domus vna eſt in ampla ciuitate, quæ peſtẽ corporis patitur? ſibi quiſque timet. Regnant verò peccata toto orbe? ridemus, &c.

Nocentiores tamen nobis, ac Reipub. peſtes ſunt vitia, Ambitio, Vſura, Simonia,, Ebrietates, Libidines, Homicidia, &c. quàm quæuis alia.

 Adeò

Digitized by Google

Adeò peſtē corporis horremus, vt infectos valdè fugiamus, extra vrbem ſeponamus.

At nemo fugit malorum conſortia, nemo tractat de expellendis vrbe corruptoribus, &c.

Si liceret, libenter Maſſilienſes ciuitaremur. Vno anno & amplius, vt illi, pauperem libentiſſimè aleremus publicis & purioribus cibis, ſi ſic nobis liceret emergere! Vide Seruium in 3. Aeneid. vide inquam.

Philotimus cuidam oſtendenti digitum exulceratum, qui hepar (*le foye*) haberet tabidum (id enim ex colore deprehendit:) *Non eſt tibi* (inquit) *ô bone periculum ab vnguium vitio*. De leuiore ſolicitū, grauioris negligentem prudenter increpans. *Eraſm. lib. 6. apo. ex Plutarch.*

Quidni & ego de ijs, qui animæ Reipublicæq́; peſtibus neglectis, de corporis ſunt ſolicitiſſimi?

* 2. *Medici multi, ijdemq́; optimi*. Medicos enim quam plurimos poſſumus, optimoſqúe, & varij generis, id eſt, naturales, & ſupernaturales, id eſt, Diuos Diuasq́; omnes imploramus corpori; animæ verò ſanandæ paucos, & ſæpè ignariſſimos.

Tàm multos (inquam) naturales imploramus, accerſimus, vt ſæpè noceant, vel morbos multiplicando, vel occidendo.

Archeſilaus enim dicere ſolitus eſt: *Quemadmodū vbi multæ leges, ibi plurimum vitiorum: ita quoque vbi multi ſunt medici, ibi etiam ſunt multi morbi.* Laert. l. 4. cap. 6.

Hadrianus verò Imp. moriens, dixit illud vulgatum: *Turba medicorum Cæſarem perdidit.* Dion Caſſius.

Supernaturales, id eſt, Diuos Diuasq́; omnes ſolicitamus corpori curando; peregrinationes longiſſimas, ſumptuoſiſſimas, & periculoſiſſimas nonnūquam

quam vouemus,& laudo quidem.

At quotuſquiſque quærit, ecquis Sanctorum poſſit curare Superbiæ, Luxuriæ, Blaſphemiæ peſtes?&c. *In hoc non laudo.*

Peſti corporeæ SS. Rochos, ignibus ſacris SS; Antonios,rabiei SS.Hubertos imploramus,&c. & quidem prudenter, & ſanctè, more Catholico, & ritu optimo Hæreticis contrario; Peſtibus verò animi ac Reipublicæ propulſandis aut ſanandis ecquos Diuos precamur nobis eſſe propitios?

Raræ fumant cœleſtibus aræ, ob ſalutem animæ.

* 3. *Acceleratio.* Quàm citò adimus medicos ægri! Morbos etiam præuenimus. Tardiſſimè de anima ſoliciti ſumus. Curationem eius in Paſcha relegamus,aut in mortem.

* 4. *Adtentio.* Nàm illos perlibenter audimus, & domi quidem; quin etiàm neſcio quos circumforaneos horis & diebus multis in foro garrientes auſcultamus, de corporum morbis differentes, obedimus, &c. Concionatores verò de vitijs ac peſtibus animi ægrè vel vna horula toleramus.

* 5. *Obedientia.* Dictum, factum. Si dixerint ſuda, æſtuas.

Amariſſimas etiam quaſcumque potiones bibimus,ignes patimur corpori curando; animæ nihil: etiàm mella tùm faſtidimus.

Dicimus, *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Ioan. 6.

Vt corpus redimas,ferrum patieris & ignes.

Qui medicè viuit,miſerè viuit,ſed patientiſſimè vt corpori benè ſit.

O rerum ordinem præpoſterum!

O curuæ in terras animæ,& cœleſtium inanes.

II.

De Remedÿs peſtis quibuſdam corporalibus & ſpiritalibus.

Agedum ergò Auditores, animum, animum curate, paribus curis ſaltem.

Aiunt aduerſus peſtem corp. valere
1. *Purgationem;*
2. *Alimenta bona;*
3. *Non perterreri;*
4. *Lætari;*
5. *Exerceri;*
6. *Mutare cœlum, aerem &c.*

Eadem morbis animi medendis adhibenda
1. *Purgatio Confeßionis;*
2. *Cibus optimus Euchariſtiæ;*
3. *Contra terrorem, Conſcientiæ bonitas, & ſecuritas;* nam *conſcia mens vt cuiq; ſua eſt, ità concipit intra Pectora, pro facto ſpemq; metumq; ſuo. Et mota ad lunam trepidabit arundinis vmbram,* quiſquis eſt ſceleratus.
4. *Lætitia* de bono opere. Secura mẽs quaſi iuge conuiuium. Benè viuere, & lætari.
5. Exercitia precum, laudum, ſtationum, proceſſionum, ieiuniorum. Nam *multos morbos multa fercula genuerunt.* Seneca.
6. *Mutatio cœli,* fugienda praua conſortia, occaſioneſq; peccandi.

Non tam Cœlum hic, quam animus mutandus eſt.

Sed & Inuocationes Dei, Diuorumq; peregrinationes piæ, & proſtrationes ad eorum ſepulcra adhibendæ.

Sic Rochus noſter qui patre ac matre orbatus circiter

circiter ætatis annum 20. diſtractis omnibus ſuis in pios vſus, ſponte abijt, vixitq́ue vt profugus ſuper terram, pallio, pera, & baculo contentus, ac tandem Romam adijt, viſitandorum Petri & Pauli ſepulcrorum cauſa.

Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano.

Etſi vulgò dicitur; *Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt:*

Et lingua noſtrate; A peregrinatione longè etiam Romana, vt non redit equus melior, ſic nec homo ſapientior aut melior.

Nàm illa de ijs ſunt, quos libertas ſua, non religio, facit peregrinos.

III.

Sanctos poſſe intercedere ac iuuare alios à ſe, & D. Rochum hîc maximè.

Quidam verò negant Diuos opitulari viuis poſſe.

Notandum ergò quædam à Deo decreta eſſe, vti fata quædam & irreuocabilia, vt eſt mundi finis, Iudicium vltimum &c.

Alia, tacitè conditionata, quæ fixa ſunt niſi adſit conditio; mobilia, ſi adſit: vt hoc: *adhuc* 40. *dies & Niniue ſubuertetur*; ità ſubuertetur, nempè niſi pœnitētiam agant Niniuitæ. Talis hoc morbo morietur, ità omninò, niſi vtatur medico: *Diſpone domui tuæ, morieris tu & non viues*, ſcilicet niſi conuertaris ad Dominum.

Ergò pro conditionatis mutandis orare poſſimus, & poſſunt etiam Sancti & iuſti pro alijs.

Et quià neſcimus quænam ex tot noſtris adflictionibus pendeant ex decreto mobili & conditionato, aut ex fixo & velut fato, ſemper orare expedit, ſi fortè iſta vel iſta ſit ex mobilibus. Diuos autem in his pro alijs multùm poſſe, ſic probo.

Geneſ.18. Abraham, ſi decem iuſtos in Sodomis inueniſſet, Sodomæ non perîſſent: Narra colloquium Abrahami & Angeli.

Exod. Pro Pharaone petente orabat Moyſes aliquoties, & ceſſabant plagæ.

Exod. 32. Moyſes impetrauit non deleri totum populum idololatram, cùm maximè vellet Deus, dicens: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus*, &c.

Num. 16. Stans Aaron inter viuentes & mortuos pro pop. deprecatus eſt, & ceſſauit plaga.

Pſal. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.*

Dominus Deus monet amicos Iobi, vt Iobo interceſſore pro ſe apud ſe vtantur.

Geneſ.20. Deus ſuadet Abimelecho Regi raptori Saræ, ſupplicare Abrahæ vt pro ſe oret, & ſubdit: *& orabit pro te, & viues.*

Sed mortui pro viuis non orant.

Sed contrà 2. Machab. 15. *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael. Hic eſt qui multum erat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias Propheta Domini,* iam pridem tùnc mortuus.

D. Rochus certè tam peſte arcenda, quam eadem expellenda ab alijs, maximè nobilis. Rochus (inquam) ille nobili regno Galliæ in Monte-Peſſulano Toliſtobiorum (*de Languedoc.gall.*) natus, Patre Ioanne eiuſdem Montis-Peſſulani Domino, & Matre Francha, vtroque ſanè religioſiſſimo.

Nam proficiſcens Romam, cum in Aqua-pendente grauiſſima peſtis graſſaretur, ille Xenodochium, & alias domos iam peſte infectas ingreſſus, manifeſtiſſimam ibi opem adtulit.

Indè Senis quoque auxilio fuit.

Indè etiam Romæ.

Car-

Digitized by Google

Cardinalem quendam ex Britanniæ partibus ſigno crucis impreſſo, curauit.

Itidem Placentiæ bis, vbi & ipſe peſte laborauit, ac miſer, inſtar canis eiectus eſt, quaſi clamoribus ſuis, reliquis infirmis moleſtus, & velut ciuitatem fœdaturus aut infecturus.

Item Anno 1424. Conſtantiæ congregato concilio mirè omnibus profuit.

Dixerit meritò, *Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?*

Vos ipſi ſenſiſtis illius opem iam à tot annis, & quidem manifeſtiſſimam.

Itaque laudo gratitudinem veſtram, & hortor perpetuò gratos eſſe, vt perpetuum tutelarem illũ habere poſſitis.

Verùm nolite confidere in hoc Diuo, hoc nomine tantùm quod illum co[illegible], feretro geſtatis, &c. Confidentia tutior erit, ſi virtutes eius imitemini, quas poteſtis.

Non dico vt ieiunetis bis hebdomadatim cùm pendebitis ex vbere, vt ille feciſſe legitur, quoties mater ieiunaret; ſuperaſtis iam ætatem illam, nec poteſtis ad vbera redire, & paruuli veſtri capaces huius monitionis non ſunt: denique proprium paucorum eſt donum, vt Nicolai, qui adhuc faſcijs colligatus quartis & ſextis ferijs cùm à nutricis huberibus admoueretur, dumtaxat ſemel lac ſugebat. *Ioan. Diac. Sur. tom. 6.*

At quidni poſſitis imitari vel procùl contemptum illum opum, honorumqúe, quos mundus miratur, Rochus ipſe faſtidiuit.

S. Rochus viſitatis Xenodochijs, viduis, pupillis, &c. vti pater teſtaméto cõmendârat, etiã matrimonio iunctis pauperculis virginib, omnia ſua effudit,

&

uationem (ſi Deus voluerit) multum efficacia. Quæ etiam ſi non haberentur, velle tamen ſe committere diuino beneplacito, ad peccatorum ſuorum punitionem, & remiſſionem. Vel ſi cogitet, peſtilentiam eſſe diuinum flagellum, quod etiam ſuis peccatis commeruerit : ac ideo etiam ad bonum exemplum, & confortationem aliorum qui commodè fugere non poſſunt, velle permanere in ciuitate, vel loco ſuæ habitationis : & ſe totum humiliter ſubdere tali flagello, ſecundum diuinam voluntatem. Ac etiam vt alteri circa ipſum, cui nõ licet fugere, addat animum bonum & imperterritum: (quoad fieri poteſt) ad ſe voluntariè conformandum diuinę voluntati, & ad ſe totum committendum diuinæ miſericordiæ.

Quemadmodum exemplo Chriſti (qui vt agnus innocentiſſimus, pro redemptione humani generis ad mortem crucis ſeipſum ſpontè obtulit) etiam ſanctorum aliqui, ad aliorum confortationem in fide, & ad infidelium conuerſionem, ſeſe ſpontè obtulerunt ad martyrium. Accedit ad hoc, cũ ſtatutũ ſit hominibus ſemel mori : poſt hoc autem iudicium (ad Heb.9)nec ad felicem ęternitatẽ referat, quàm diu, ſed quàm bene vixeris, quamq́ ſalutaris ſit tuus ex hac vita exitus, ad conſequendam cœleſtẽ vitam ſemper beatam, ad quam creati & vocati ſumus: ne tu beſtialem brutorum (quibus non eſt intellectus) mortem ad perpetuam tuam damnationem miſerabiliter incurras : ſed vt ad finem ſaltem vitæ rationis compos, ex animo & tota mente, conuerſus ad dominum, felicius moriaris: nónne ex diuina bonitate maximopere petendus eſt integer in extremo vitæ tuæ rationis vſus ? Talis autem vt in pluribus (ſingulari DEI beneficio) contingit, ex peſte morientibus. Quæ

ob

ob id non ſolum minus eſt metuenda, verum optanda potius, ſi ita expoſcat diuinæ voluntatis ordinatio. Et quis nouit ſenſum domini? aut quis cōſiliarius eius fuit? Ad Rom. 11. Si dominus, in cuius manu poſita ſunt omnia, ex hac vita temporali te nunc per peſtem euocet: citò liberaberis à longè grauioribus, diuturnioribus ac magis horrendis (quibus obnoxius es) ægritudinibus, morbis etiam fœdis & pudendis, atque acerbiſſimis doloribus & alijs maximis tribulationibus, & ſummis cum in vita, tum in morte, corporis & animæ periculis. A quibus etiam (vt ſperandum eſt) infinita Dei benignitas, ex tua in eum fiducia te miſericorditer in poſterū præſeruabit, & maioribus cumulabit donis, ſi voluerit dominus te diutius viuere: cum tam humiliter, ſpontè & voluntariè, pro peccatis tuis, ad Dei gloriam, iam tempore peſtis, ad viuendum & moriendum, te ipſum ſubmiſeris diuinæ voluntatis correptioni & flagello, pro iuſto Dei beneplacito. Nec te conturbent, quos per mortem relinqueres, tibi quidem chariſſimos, & varia tua negotia nondum abſoluta: quæ omnia, prout expedierit, curæ erūt omnipotentis Dei bonitati, cui te totum tradideris. Interim verò ille ſic permanens, bona intentione, in loco peſtilenti, Deo humiliter ſupplicet, vt diuina bonitas ei tribuere dignetur, quod maxime conducet ad eius ſalutem, & in primis ad Dei gloriam: ex animo ad Deum orans, fiat voluntas tua: ſiue Deus velit eum diutius viuere in huius mundi tribulationibus, vt viuendo ſibi & alijs proſit: ſiue mori, ne magis peruertatur ab hoc ſeculo nequam: ſed euadens infinita huius mundi ad peccandum, & damnationem, pericula, beatus viuat cum Chriſto. Intendat tamen, propter diuinum præceptum, ſe nolle ſibi eſſe cauſam, nec ex inten-

Digitized by Google

intentione occaſionem mortis: ſed velle cum diuino adiutorio, mortem euitare, prout cōmodè poterit: quemadmodum diuino præcepto ſe existimauerit aſtrictum, vtpote quando non eſt opus ſua pręſentia rationabiliter vitando: & hominem infectum peſte, viſitari recuſantem: & eum præcipuè cui alias ſatis prouiſum eſt: & vitando aliorum hominum conſortia, vnde facilius infici poſſet: & alia faciendo, pro ſua bona valetudine, quæ commodè facere poteſt ne inficiatur: & ne ſic infectus alios inficiat.

Vtendo etiam, ſi habeat, & vti poſſit, cibis & medicaminibus præſeruatiuis, à quibus non abhorret: aut ſaltem talia non contemnendo, nec in ſe, nec in alijs: cum ad homini ſalutem, Deus varias & admirandas virtutes, rebus creatis indiderit. Hinc dicitur Eccleſiaſtici. 38. Honora medicum, propter neceſſitatem: etenim illum creauit altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela. Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Præterea cogitet, & apud ſe conſtituat, ſi Deus velit eum per mortem ex hac vita euocare, ſe velle libenter, & cum gratiarum actione, mortem ſuſcipere: quantumuis inferior hominis portio, & corporis imbecillitas repugnet. Nec timeat ille, ſi forſitan inficiatur, ne deſtituatur auxilio neceſſario. Qui ſi totus mundus eum deſereret, confidens in domino, tutam & ſalutarem habebit omnipotentis Dei cuſtodiam. Et quoad opus fuerit, dominus illi de humano etiam auxilio proſpiciet. In qua enim menſura menſi fueritis, eadem remetietur vobis, & adijcietur vobis: Mar. 4. Sed talis etiam ſecundum humanam fragilitatem, cum diuino adiutorio, per contritionem, confeſſionem, pœnitentiam, & euchariſtiæ ſumptionem, & per vitæ emen-

Digitized by Google

mendationem,ſe ad mortem præparet,in domino confidens:& ſibi perſuaſum habens,illud vtilius ſibi fore,quod diuina diſpoſitione ſibi euenerit, ſiue mors,ſiue prolixior vita . Nec talis Deum tentat, ſed ſpontè & humiliter ſe ſubmittit diuino beneplacito,vt poſſit ex animo Deum orare , & dicere: Fiat voluntas tua.Et illud Iob.13.Etiam ſi occiderit me,in ipſo ſperabo. Neque dubitandum, quin talis,non fugiendo mortem, ſed bona intentione ſupra dicta, vel alia, ſe humiliter ſubmittendo diuino flagello, à ſe multipliciter commerito, melius etiam agat, & longe magis & facilius conſequatur remiſſionem peccatorum , & cum excuſſione timoris ſolidam animi conſolationem, virilem fortitudinem , & lætitiam : atque à morte etiam corporis præſeruationem (ſi ei conducat) & Chriſtianam perſuaſionem, ſi DEVS ex hac vita ſeſe euocauerit,illud fore ad maximam ſuam vtilitatem,& animæ ſalutem prout DEVS nouerit. Cuius bonitati omnino confidendum eſt, & committenda omnia : cum aſſidua tamen & humili oratione, ad impetrandam efficacem diuinæ miſericordiæ pro vtroque homine cuſtodiam : & in ſupra dictis,gratiam diuinæ bonitatis: atque perſeuerantem in omnibus aduerſis & periculis, animi fortitudinem , & conſtantiam pro ſua & aliorum ſalute,ad Dei gloriam.

Cæterum ſi quis fuerit in eo ſtatu, vel caſu, vt ex diuino præcepto obligaretur ſubire mortem, ne fidem Catholicam,aut iuſtitiam deſereret: aut ſi tũc fugiendo,grauiter alios ſcandalizaret : ſimiliter ſi ex officio,vel aliqua ſpeciali obligatione,vel aliunde,ex iure naturali vel diuino , aſtrictus ſit oneri præſentiam eius requirenti,ita vt eius diuturna abſentia cederet alicui communitati, vel proximo in

grauę

graue periculum, iacturam, aut ſcandalum: tali homini non licet tempore peſtis fugere, ad euitandum mortis periculum. Nec liceret in tali caſu, ob timorem mortis fugere, eo neglecto ad quod obligaretur, ſecluſo timore iuſti flagelli diuini. Nã per eiuſmodi diuinum flagellum, aut eius timorem, non ſoluitur vinculum obligationis, quo quis alteri obligatur.

Itaque tempore peſtis, ad non fugiendum, ſed ad permanendum obligantur.

1. Primò, habentes curam animarum: vt Parrochi, & eorum coadiutores, & quibus incumbit verbi diuini prædicandi officium. Ioan. 10. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis: mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues: mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Et. 1. Ioan. 3. Chriſtus animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et hoc maxime obſeruandum, quando quis ex aſſumpto officio, alteri ad eius aut reipublicæ ſalutem, aut commodum, ſpeciali etiam modo obligatur. Et ex hoc fundamento, ad permanendum etiam obligantur.

2. Secundò, ciuitatis medicus, pharmacopola, Iudex, Magiſtratus, & Senatores, vel Superiores in ciuitate, vel alijs communitatibus, ſecularibus vel eccleſiaſticis.

3. Tertiò, illi quibus incumbit cura regiminis aliorum, in domo priuata, vel alibi.

4. Quartò, obligantur non fugere, nec alter alterum deſerere tempore peſtis: qui ſibi inuicem obli-

gantur ad mutuam ſubuentionem: vti in monaſterio, vel alia communitate cohabitantes, aut in coniugio exiſtentes, maritus, vxor, parentes, liberi, tutor & eius pupilli, & in conſimili caſu. 1. ad Tim. 5. Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

5. Quintò, qui habet beneficium eccleſiaſticum, aut officium, vel aliquid huiuſmodi, requirens perſonalem reſidentiam, ſeu illius præſentiam. Datur enim beneficium propter officium. Et qui viuit de altari, etiam inſeruire debet altari.

6 Sextò, aſtrictus continuo alterius famulitio & obſequio: vt ſunt famuli, conducti ad priuatim aut publicè alicui inſeruiendum. Cuius Dominus viceuerſa, ſiue præſens, ſiue abſens, etiam tenetur illi prouidere, ne deſeratur, ſed vt ei ſubueniatur, in tempore extremæ aut magnæ neceſſitatis.

7. Septimò, tenetur vicinus, tempore peſtis, non deſerere vicinum ſuum, neceſſariò eius opera indigentem: Matth. 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis: hæc enim eſt lex & prophetæ.

8. Octauò, quilibet obligatur, quemcunque alium, diuitem, pauperem, amicum, inimicum, familiarem, ſiue alienum, non deſerere, in caſu extremæ neceſſitatis, probabiliter imminentis. Deus per noſtras & aliorum aduerſitates, etiã tentat nos: hoc eſt, vult à nobis declarari fidem noſtram erga Deũ, & dilectionẽ in proximum. Deus pro te mortuus eſt: quare tu nõ propter Deum exponeres te incerto periculo, pro ſalute & vita proximi? Matth. 22. Dilige proximum ſicut teipſum. Et ſecundum Apoſtolum, 1. Cor. 12. Nos omnes ſumus corpus Chri-

Chriſti,& membra de membro : & omnia membra eiuſdem corporis,pro inuicem ſolicita ſunt. Si quid patitur vnum membrum , compatiuntur omnia membra . Et ſi gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Chriſtus in extremo iudicio,dicet his qui à ſiniſtris erunt,Matt. 25. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum . Eſuriui enim,& non dediſtis mihi manducare : Sitiui, & non dediſtis mihi potum:Hoſpes eram,& non collegiſtis me:Nudus,& non operuiſtis me: Infirmus, & in carcere,& non viſitaſtis me, &c. Amen dico vobis,quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.Et ibunt hi , in ſupplicium æternum:Iuſti autem,in vitam æternam . Quibus pro operibus miſericordiæ , paulò ante dixit Dominus: Amen dico vobis,quàm diu feciſtis vni de his fratribus meis minimis,mihi feciſtis.

Quapropter qui fratri ſuo minimo, in infirmitate aut magna tribulatione conſtituto , non adeſt, pro poſſe illi ſuccurrens,grauiter peccat:quemadmodum qui ipſi Chriſto Ieſu Domino noſtro, non ſuccurreret pro viribus(ſi ei ſuccurri poſſet)vbi illum videret in infirmitate aut magna tribulatione & anguſtia conſtitutum . Vnde etiam ad non fugiendum obligantur.

9 Nonò , omnes quorum diuturna abſentia, proximo eſſet iniurioſa,damnoſa, periculoſa, vel ſcandaloſa,aut cederet in diminutionem diuini cultus debiti, aut debiti regiminis. Si enim vni tali liceret fugere,liceret & alteri:& ſic cuilibet,& omnibus liceret fugere , & prætermittere quæ ſui eſſent officij.Vnde facile ceſſaret in Eccleſiis debitus diuinus cultus:quo tamen in tali periculo,præcipuè tunc opus eſſet , pro ſingulis & omnibus

ad diuinam miſericordiam implorandam. Et in ciuitatibus,& alijs communitatibus ceſſaret debitum regimen,& poſſet periculoſe ciuitas aliqua remanere hominibus vacua: aut in ciuitate vel communitate,debito regimine ceſſante, facile ſuborir etur magnum in ciuitate vel communitate diſſidium & noxia perturbatio reipubl. 1. Cor.13.Charitas non quærit quæ ſua ſunt. 1 Tim.1.Finis præcepti eſt charitas,1.Ioannis.4.Timor non eſt in charitate.Sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et 1.Cor.10.Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius. Matth. 18. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius,& demergatur in profundum maris.Væ homini illi,per quem ſcandalum venit.Vnde in prædictis caſibus homini fugienti,debito officio ſuo neglecto,vel cum aliorum incommodo, ſcandalo,aut periculo : & ita etiam homini, alijs non aſtricto,fugienti, ſe per debitam pœnitentiam non diſponenti ad mortem ex diuino flagello imminentem, vehementer timendum eſt, etiam ſi ita fugiens,tunc non moriatur, ne iuſto Dei iudicio, aliud longè grauius ſuo tempore incurſurus ſit malum, & corporis & animæ. E diuerſo, experientia ad oculum videmus, diuinæ gratiæ cuſtodiam cum illis eſſe, qui infectis peſte diligenter ſubueniunt: vt ſunt boni eccleſiarum paſtores, & qui die ac noctu infectis peſte fideliter inſeruiunt: qui etiam rarius, quàm cæteri, intereunt, ex peſtis infectione. Secus tamen eſſet, ſi quis talium abſceſſurus, per debitam pœnitentiam ſe diſponens ad vitæ emendationem,ante diſceſſum, ſufficienter &efficaciter prouideret,ne per ſuam abſentiam aliquis læderetur: & ne quid fieri debitum, in ſua abſentia prætermitteretur, quod tamē ſufficienter pro-

prouidere, foret admodum difficile: præſertim illis, quibus præcipua incumbit cura regiminis alicuius communitatis.

Quare Deo gratius eſſet, & homini ad ſalutem tutius & melius in caſibus ſuprà dictis, & alijs conſimilibus: imò etiam homini libero, & nemini aſtricto, non fugere Dei flagellum: ſed bona intentione ſe humiliter ſubmittere illi flagello, & Diuinæ Clementiæ: & per contritionem, confeſſionem, pœnitentiam, & ſacræ Euchariſtiæ communionem, & debitam vitæ emendationem, ſe diſponere ad mortem cum imploratione Diuinæ Miſericordiæ: & cum fiducia in Deum, vt ſuprà dictum eſt. Ad quod faciendum, animarum paſtores, & verbi Diuini concionatores, & alij ſuperiores, inualeſcente peſtilentia, ſuo conſilio, & omnibus modis diligentiſſimè ſubditos exhortari & inducere debent. Quod conſilium, ſi ſubditi & populus amplexentur, præcipuum tunc & optimum habebunt remedium à malo præſeruatiuum, ſecundum Dei voluntatem. Cum enim vnuſquiſque ſemper aſtringatur ad condignam pœnitentiam, & vitæ emendationem: cum deuotis ad Deum precibus, pro eius imploranda Miſericordia: ad hoc tamen potiſſimum & maximè obligantur omnes & ſinguli, manifeſto mortis periculo imminente, vt tempore peſtis, ſiue quis inde fugiat, ſiue permaneat. Cuiuſmodi flagellum nobis à Deo prouenit, peccatis noſtris id exigentibus. Interueniente verò debita pœnitentia, citius (quoad nobis conducet) ceſſabit peſtilentiæ & alterius grauioris incommodi flagellum. Ceſſante enim cauſa, ceſſat & effectus. Sic 2. Reg. 24. cum per Gad prophetam, Deus regi Dauid, ob eius peccatum in numerando populo, prædixiſſet futuram trium

Digitized by Google

dierum peſtilentiam in terra eius: Dauid, quamuis acceptaſſet illud peſtilentiæ flagellum, cum vidiſſet angelum cædentem populum, dixit ad Dominum: Ego ſum qui peccaui, vertatur obſecro manus tua contra me, &c. Tunc ob ipſius Dauid humilem pœnitentiam, preces & oblata holocauſta & pacifica, miſertus eſt Dominus ſuper afflictioné, & ait angelo percutienti populum: Sufficit nunc, contine manum tuam. Et propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael: ſic vt illa peſtilentię plaga, duntaxat per longè minorem illorum trium dierum partem, imò ſolum per vnicum diem durauerit. ita (quemadmodum tenent ſacri Doctores) vt primus illorum trium dierum, fuerit tempus, pro peſtilentiæ plaga conſtitutum, ſecundum æterni Diuini conſilij definitionem & ordinationem: duo autem poſteriores dies, dicti ſunt per comminationem, videlicet niſi interueniret cum precibus debita pœnitentia. Deus 4. Reg. 20. per prophetam regi Ezechiæ denunciauit, tunc ei eſſe moriẽdum: qui tamen ob lachrymas & preces ad Deum, non fuit tunc mortuus, ſed ei adhuc ad viuendum conceſſi ſunt quindecim anni. Et Ion. 3. Deus per prophetam publicè proclamari fecit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Cui tamen ob admirandam regis & populi pœnitentiam, cum hominum, iumentorum, & pecorum trium dierum ieiunio abſque cibo & potu, pepercit Dominus, nec ſubuerſa eſt ciuitas. Deus enim, licet non mutet conſilium, tamen abſq; ſui mutatione, ſed cum mutatione cauſarum naturalium, ſed creaturarum, aliquando mutat ſententiam: non illam quidem quæ eſt æternæ Diuinæ ſapientiæ & Diuini conſilij definitio, ſed illam ſententiam, qua explicatur Diuina commonitio, & comminatio commeri-

meritæ pœnæ, quæ ſuperuentura eſſet, ſecundum ordinem naturalium cauſarum: quę tamen omnes ſubſunt diuino imperio, vt ad illas cauſas non ſequatur effectus. Et ita Deus prædici fecit, Ezechiam moriturum, & maximam ciuitatem Niniuen ſubuertendam: quorum vtrunque fieri debebat, ſecundum proprias & proximas cauſas: vt puta ſecundum Ezechiæ letalem infirmitatem, & Niniuitarum intolerabilia crimina. Secundum autem æterni Diuini conſilij ordinationem, Deus omninò aliter futurum diſpoſuit, ex præcognita creaturarum mutatione, per debitam pœnitentiam, humiles preces & lachrymas. Vnde Hierem. 18. Dominus: Repentè, inquit, loquar aduerſum gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, ago & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. Mutat igitur Deus interdum ſententiam, vt dicit Beatus Gregorius: ſed non mutat conſilium. Pſalm. 32. Conſilium Domini in æternum manet. Et Eſaiæ 46. dicit Dominus: Conſilium meum ſtabit, & voluntas mea fiet. Sed de hoc hactenus. Vt autem circa propoſitam quæſtionem, præſens inſtitutum pertractemus, hoc ex ſupradictis indubitatò tenendum: Deum maiorem gratiam conceſſurum, ſiue per vitam, ſiue per mortem, ſic bona intentione permanenti, per pœnitentiam ad Deum conuerſo, quàm ſi per fugam conaretur vitam ſuam temporalem ſaluare, etiam ſi per fugam nemo læderetur, quod tamen difficillimè fieri poſſet, vt puta ſine læſione proximi, non potentis fugere, qui ſaltem ex aliorum fuga, redderetur magis puſillanimis, magiſq́; timidus, & ſic magis morti obnoxius. Cum è contrario, per-

Digitized by Google

manens, reddat alios animoſiores, vt ſecurius viuant, aut felicius moriantur. Qua quidem re, vix aliquis poſſet aliud facere proximo vtilius, in caſu talis neceſſitatis, & Deo gratius. Quod ſi talis ſic bona intentione permanendo in loco peſtilenti, in peſtem incidat, & moriatur: cum hoc ſibi futurum non ſit ei certum, & ſit præter eius intentionem, & det operam rei de ſe licitæ, non eſt ſui homicida. Quemadmodum inter eremitas, & alios ſanctos viros, ſi quis ex magna abſtinentia, ad carnem ſuam domandam in obſequium Dei, vitam ſuam abbreuiauerit, & ob id citius mortuus ſit, non fuit ſui homicida: cum dederit operam rei licitæ, & præter intentionem incurrat mortem: cum etiam nouerit alios plurimos, in arcta & quodammodo ſupra humanam conditionem & potentiam, & in ſumma abſtinentia viuentes, diutiſſimè vixiſſe. Secus dicendum eſſet, ſi quis incurrat mortem, dando operam rei illicitæ, vt quotidianę ebrietati & gulæ: aut ſi certò ſciat ſe incurſurum mortem ex facto, ad quod non obligatur, nec ei conceditur iure naturali vel diuino. Tunc enim propter Diuinum præceptum, Non occides, debet homo ſeruare vitam ſuam, ſicut & proximi, ſi poſſit eam ſaluare medio honeſto, licito, & vtili: aliàs cenſeretur ſui homicida. Hinc Diuus Ambroſius: Paſce, inquit, fame morientem: ſi non pauiſti, occidiſti. Verùm ſicut contra Diuinum illud præceptum, Non occides, non agitur, ſi quis ex diuino præcepto, vel conſilio incurrat, vel ſibi procuret mortem, vel ad mortem ſeſe offerat (hoc enim facit non priuata, ſed publica, vtpote diuina autoritate) ſic etiam contra illud præceptum, non quilibet peccat, qui ſe exponit periculo mortis: vt ſi quis ex rationabili cauſa, dat operem rei debitæ, aut lici-

licitæ: vnde (præter eius tamen intentionem) facilè prouenire poſſet, quamuis non ſemper proueniat, mortis acceleratio. Secus autem foret, ſi quis incurrat mortem, dando operam rei illicitæ: aut ſi ex intentione ſibi mortem procuret, priuata autoritate. Et cum in huius quæſtionis materia explicari nequeant in ſpecie omnes caſus, & omnes ſcrupuli, qui occurrere poſſunt: ſi quid perplexum, aut valde dubium euenerit, quod ex ſuperius dictis, non ſatis diſcuti poſſit, præmiſſa tui diſpoſitione ad gratiam Diuinam, cum perſeueranti oratione, & fiducia ad Deum, facito quod dictauerit tibi conſcientia tua, ſecundum conſilium viri boni & prudentis: aut quod te vnctio docebit. Quandoquidem nemini facienti quod in ſe eſt, Diuina gratia deeſſe poteſt, in his quæ fuerint neceſſaria ad ſalutem. Iacob. 1. Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à DEO, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Matth. 7. Omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Ioann. 16. Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Marc. 11. Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Epheſ. 2. Deus diues eſt in miſericordia. Et Roman. 10. Diues in omnes, qui inuocant illum. Et Pſal. 144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Pſalm. 76. Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Et Abacuc 3 ad Dominum: Cum iratus fueris (inquit) miſericordiæ recordaberis. 1. Pet. 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis, omnem ſolicitudinem veſtram proijciētes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis. **Confortare igitur, & eſto robuſtus.** Et in

hu-

Digitized by Google

humilitate noſtra, in ſilentio, & ſpe, ſit fortitudo noſtra in Domino. Pſal. 26. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum, qui erit adiutor & fortitudo noſtra, & omnipotens nomen eius. Exod. 15. Faciens cum tentatione prouentum. 1. Cor. 10. & Pſal. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Et Pſal. 76. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. Itaque & omnibus, & ſingulis, omni tempore, & maximè tempore peſtis, vel aliunde periculo mortis imminente, præcipuum & tutiſſimum confugium, aſylum, & contra omnia nobis aduerſantia inexpugnabile præſidium fuerit, idqúe benigniſſimo Patri nòſtro cœleſti gratiſſimum: pro nobis, & alijs proximis noſtris, aſſiduis precibus, cum omni fiducia in Deum, & debita vitæ emendatione, confidenter Diuinam implorare Miſericordiam: vt omnipotens & infinita Dei Sapientia & Bonitas, certò cognoſcens quid nobis potiſſimum conducat, omnia ad ſalutem noſtram, in melius vertat: in primis ad ipſius Diuinæ Maieſtatis gloriam.

Ex his, & præcedentibus, patet, ad quæſtionem propoſitam (pro mea ſententia) Reſponſio: humili quidem, & huic materiæ congruēti ſtilo. Quam, cum omnibus ſupradictis, Ego LVDOVICVS BER, Sacrarum literarum profeſſor indignus, ſubmitto Sedis Apoſtolicæ, & cuiuſlibet melius ſentientis, correctioni, cenſuræ, & iudicio. Datum Friburgi Briſgoiæ, pridie Diui Matthiæ Apoſtoli, Anno à Natali Saluatoris noſtri, quinquageſimo primo, ſupra ſeſquimilleſimum.

IN

Digitized by Google

IN FESTO S. FRANCISCI, Auesnis. 1607. 4. Octobr.

Thema. *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quià mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.* Matth. 11.

EVangelium hoc difficile (Auditores) & multi plenum argumenti.

Poſſent enim iſta tractari.

* 1. *Eccur dicatur* Luc. 10. verſ. 21. *In ipsâ hora exultauit ſpiritu, & dixit: Confiteor tibi, &c.* cùm Matth. 11. antè iſtud, *Confiteor*, immediatè, varijs vrbibus, vt Capharnao, Tyro, & Sidoni &c. infauſtiſſima quæque prædixiſſe referatur? An gaudendi tempus in ruina aliorum? *vide Paul. de Palatio in Matth.*

* 2. *Cùr dicatur, In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, Confiteor &c.* Matth. 11. cùm nemo anteà apud Matt. legatur quidquam interrogâſſe. *Vid. Palatio ibid.*

Dici poſſit reſpondiſſe illum ſeptuaginta duobus, qui dicuntur apud Luc. cap. 10. reuerſi cum gaudio, dicentes: *Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. &c.*

* 3. *Multa* quoque de beneplacito Dei dici poſsēt, quod vnum ac ſolum facit, vt quicquid à Deo fiat, iuſtum ſit. *Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te.*

Vt murus hoc ipſo rectus eſt, quòd ad amuſſim eſt; ita omne Dei factum hoc ipſo iuſtum eſt, quòd à voluntate ipſius eſt; vt eſt reprobatis Iudæis electio gentium.

D. Auguſt. hîc: *Non mox rationem reddidit, ſed ſic Deo placitum dixit, hoc oſtendens manifeſtè, quia iniu-*

ſtum

Digitized by Google

ſtum eſſe non poteſt, quod placuit Iuſto.

* 4. *Quomodò dicatur* oneratos refecturus, quos nouo onere vult onerare? *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,* (ait) *& ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos.*

De iugo Domini ſuaui vide multa & pulchra apud Gueuartam noſtrum, in Oratorio religioſorum, cap. 5.

Sed quia horula non ſufficit his omnibus enucleandis, & humilis ac mitis Franciſci hodiè feſtum agimus, de verbis iſtis dicemus tantùm: *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.*

Dicendum ergò hodiè mihi
1. *Cur à ſe vult ſuos diſcere Chriſtus, nō ab alijs etiàm mitibus atque humilibus.*
2. *Quæ merces duarum harum virtutum.*
3. D. *Franciſcus quam mitis atque humilis.* AVE.

I.

Cur à ſe vult ſuos diſcere Chriſtus, non ab alijs etiàm mitibus atque humilibus.

Vt boni medici eſt, corpus contra morbos tueri, ne accidant, & reddere ſanitati, cùm acciderunt; ita probi Principis eſt curare pacem Reip. vt ſit; & vbi non eſt reducere.

Caſſiod. ep. 22. *Decet regalis apicis curam, generalitatis cuſtodire concordiam, quæ ad laudem regnantis trahitur, ſi ab hominibus pax ametur. Quid enim eſt, quod Principem meliùs prædicet, quàm quietus populus, concors Senatus, & tota Reſpublica morum honeſtate veſtita?*

Ariſt. 5. Polit. c. 8. *Nobilium contentiones & partes etiam legibus oportet prohibere conari.*

Chriſtus ergò cùm Iſaia teſte ſit *Princeps pacis,*

Non erit triſtis neque turbulentus;

Salo-

Salomone pacifico figuratus; Multa dixit, fecitqúe ad ſuæ Eccleſiæ regniq́ fouendam pacem, atque ex[illegible]lem reducendam.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.

Matth.5. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eritis, ſi caritatem habueritis ad inuicem. hoc ſignum, hoc ſymbolum veſtrum, vt crux rubea Burgundionũ.

Et quoniàm ex duobus ferè fontibus, Feritate ſc. & Arrogantia, bella oriuntur; duas ille virtutes aduerſas commendat, vt imperet ventis & mari, atque vt tranquillet Rempub. nempè Manſuetudinem, & (quam vocant noſtri) Humilitatem, Latiniores Modeſtiam ac ſubmiſſionem, tàm ergà proximum, quàm Deum, vt ad nutum Dei tractabiliter viuamus, atque ad proximum leniter, ac modeſtè. *Diſcite* (ait) *à me quià mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem,* & pacem *animabus veſtris.*

Fons radixq́ malorum ac bellorum Superbia.

Iacob... *Vndè bella, vndè lites, nonne ex concupiſcentijs veſtris?*

Vult ſcilicet quiſque magnus eſſe, honoratus, diues, &c. ſed vos eſte humiles corde.

Fons diſcordiarum, cordis orisq́ ferocia, dùm alios deſpicit quiſque, oculis toruioribus intuetur, faſtidiosè aut ignominiosè nominat (vt quidam quoſdam totos Lutheranos, Traditores Regi &c.) aut reſpondet acerbiùs.

Indè illa vindictæ libido.

Sed contra hæc, ait: vos *eſtote mites, & mites* quidem *corde*, vti *& humiles corde*: nàm illud (*corde*) tam ad mites, quàm ad humiles cenſeo referri oportere. Sunt enim aliqui ſola ſpecie & loquelæ adparatu mites.

Quàm nos mitibus pomis, tàm Deus mitibus

atque

atque humilibus delectatur ; & cum aliquos tales habet, ait ſecum:

ſint nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles.

Iob.1. *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra?*

Mitis autem idem ſignificat quod leuis, manſuetus, cuius antitheton eſt, immanis, ferus, aſper &c.

D. Aug. lib. 1. ſerm. Domini in monte. *Mites autem ſunt, qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt malo, ſed vincunt in bono malum.*

Eiuſmodi ſunt, qui *tollenti pallium dant & tunicam: percuſſi in dexteram maxillam, præbent & alteram*, &c. genus hominum phœnice rarius, & tamen velimus nolimus, oportet tales omnes Chriſtianos eſſe, maximè religioſos, & in ipſis nos Franciſcanos.

Homo quiuis mitis eſſe debet, Chriſtianus mitior, Religioſus mitiſſimus, Franciſcanus etiam mitiſſimo mitior, atque humilior, omnium egenus.

Hominem miteſcere docent { 1. *Natura*; 2. *Nomina à Chriſto indita*; 3. *Exempla Chriſti.* }

* 1. *Natura*, quæ idcircò vnum hominem, inter cætera animantia, naſcentem exarmauit, aut potiùs nullis armis induit, mollibus omnibus, & ad mitia trahentibus induit.

Homini enim nulli aculei ad pungendum, vt apibus, erinacijs, &c.

Non cornua ad feriendum, vt tauris, ceruis, vnicornibus, &c.

Non dentes acuti ad mordendum, vt lupis, vt apris, vt canibus, &c.

Non vngues recurui ad lacerandum, vt gryphibus, miluis, felibus, &c.

Non mugitus, aut boatus horridus, vt bobus; non

non rugitus terribilis cæteris animantibus, vt leonibus, ſed vox gracilis.

Non facies, aut pellis hiſpida & pilis horrida, vt feris, &c.

Non oculi letiferi, vt baſiliſcis.

Contrà, omnia mollia, manus molles ad demulcendum, vultus gratus ad complacendum, oculi pij, teſtes internæ manſuetudinis, & alienæ iræ placatores, voces pœnè philomelæ, aut acredulæ (gallicè *preſtre de montaigne*.

Cant. *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

Schola igitur naturæ miteſcere te docuit, ô homo.

Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poßit,
Si modò culturæ huic patientem accommodet aurem.

* 2. *Nomina* à Chriſto data; Oues enim & columbas ille nos adpellat.

Ioa. 20. *Petre amas me? paſce oues meas.*
Eſtote ſimplices ſicut columbæ.

* 3. *Exempla Chriſti*, præter præcepta. *Diſcite à me, quià mitis ſum, &c.*

Q. d. Quis ſim, & quid poſſim miraculis oſtendi & tamen neque opes, neque honores, neque gloriã affecto. Non mera præcepta huius illiusq́ virtutis dabo, aut exempla aliũdè petita do, vt Philoſophi, ſed exemplum me conſtituo.

Agnus dictus eſt? Etiàm *tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit.*

Quaſi ouis ad victimam ductus eſt.

Cum malediceretur, non remaledicebat, non regerebat conuitia, pro plauſtro vno ſexcenta.

Dœmoniacus adpellatus, tantùm ait, *Ego dœmonium non habeo.*

Alapa à vili mancipio percuſſus, tantùm ait, *Si malè loquutus ſum, &c.*

O Cru-

Crucifixus, pro ipſis ſuis crucifixoribus orat.

Idem quàm humilis!

Quis, ſi optio daretur, non eligat Romæ, in Capitolio, ex Auguſtaq; aliqua, & Rex naſci?

Chriſtus tamen, eligendi potens, naſci voluit Bethlemi, in ſtabulo, ex humili virguncula.

Natus autem *venit non miniſtrari, ſed miniſtrare.*

Formam ſerui accipiens, & habitu inuentus vt homo.

Imò Pſalm. 21. ait: *Ego ſum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Mundi ludibrium.

Baptizatur à Ioanne, vt è grege peccatorum aliquis.

Lauat pedes ſeruorum ſuorum, ipſe magiſter ac Dominus.

Filium hominis ſe crebrò nominat, raro aut nunquam Dei, ſaltem naturalem, cùm poſſet atque eſſet.

Exinaniuit ſemetipſum.

D. Auguſtin. in illud Matth. 11. reuelaſti ea paruulis; *Hæc via Domini, aut non erat, aut latebat, vt reuelaretur nobis.*

Diſcite ergò *à me, quia mitis ſum, &c.* meritò dixit. Sanè multum eſt, *cùm Iudex alios, quod monet, ipſe facit*, cum Alexandri ac Cæſares non dicunt militibus, ite, ſed eamus. *Diſcite à me*, fortiter agere, &c. Non, *vigilate & orate*, ſed *vigilemus & oremus.*

Et nota, quod hæc omnia Corde & verè fuit; & nos etiam corde mites ac humiles vult eſſe.

Eſt enim qui nequiter ſe humiliat.

Sunt quidam *in veſtimentis ouium, intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces*, ac leones.

Sunt quidam *intùs Nerones*, cùm *foris Catones* videantur. Quibuſdam nil niſi Crocodili lachrymæ.

Cur

Digitized by Google

Cur verò ait potius, *diſcite à me*, quàm ab Moyſe, aut Dauide?&c.

Num. 12. *Moyſes* ſanè dicitur fuiſſe *mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.*

Pſal. Dauid apud Deum ſuam manſuetudinem commemorat, vt præcipuam ſuam virtutem, qua Deum demulceat; *Memento* (ait) *Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Niſi fortè ſint voces alicuius tertij, Dauidem à manſuetudine commendantis.

Oſtendit certè manſuetudinem miram, cùm Semei ſibi in aduerſis acidiſſima lingua maledicentem, lædi à ſuo milite iam hùc parato noluit. 2.*Reg.*

Rationes Chriſti ita volentis, non paucæ.

*1. *Quia archetypum*, ideam, & exemplum omne quod ad imitandum proponitur, oportet eſſe perfectiſſimum, quoniam, quamlibet perfectum ſit, tamen exemplatum atque indè expreſſum ſemper minus perfectum eſt.

Domus quę in mente artificis eſt, ſemper eſt perfectior illa quæ in foro erecta eſt: & oratio mentalis Oratoris elegantior illa, quam pro Roſtris aut in Curia dicit.

Plenius & *dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

Sed Chriſtus eſſentialiter & natura ſua eſt mitis, humilis, &c. alij autem participatiuè tantùm, & ex gratia illius, *de cuius plenitudine omnes accepimus.* Itaque & Chriſti exemplum perfectius ac fortius quocunque ab alijs quibuſcunque ſumpto.

D. Ambr. *Primus ardor diſcēdi, nobilitas eſt magiſtri.*

* 2. *Moyſes & Dauid*, quamlibet mites, aliquandò tamen tàm affectu quàm effectu hic claudicarunt.

Moyſes quidem cùm tabulas legis ſcriptas digito Dei (ô quales quamq; auguſtas reliquias alioqui habuiſſet mundus!) confregit, offenſus crapula & idolatria populi.

Digitized by Google

David verò, cum Vriam læſum tamen in vxore grauiſſimè, gladio filiorum Amnon iuſſit trucidari.

Item fortè, cum nuntium mortis Saulis mòx occidi imperauit.

Ouis quoque aliquandò *patientia læſa ſit furor*, & cornu ferit.

Deus autem ſemper idem atque immotus. Si quandoque alios atque alios effectus profert, non tamen alios atque alios affectus habet, aut aliud atque aliud vult.

* 3. *Quià homines* non tàm dici poſſunt humiles, quàm humiliati, à cauſſis multis, quà à peccatis animæ, quàm à neceſſitatibus corporis &c.

Quis enim eſt homo qui non peccet?

Quis enim ſibi per ſe ſufficiens? quis auſit dicere, *diues ſum, & nullius egeo?* Apoc.

Vnus homo, nullus homo. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Geneſ.

Humilis propriè eſt, qui inter magna *non ambulat in magnis, neque in mirabilibus ſuper ſe.* Pſal.

D. Bernard. ſuper Miſſus eſt. *Non magnum eſſe humilem in abiectione. magna prorſus & rara virtus, humilitas honorata.*

Moyſes peccauit ſæpè, nùnc impatientia duræ ceruicis populi, nunc diffidentia, in percuſſione petræ geminata &c.

Dauid adulter, homicida, recenſitor populi ſui ſuperbus.

Chriſtus verò propriè humilis, in quo nulla humiliandi ſui cauſa.

Quis ex vobis arguet me de peccato?

Imò qui contra multas habuit arrogantiæ cauſas 1. quòd potuit gloriari patrem ſe habere Deum 2. quòd æqualis Patri. 3. quòd ipſa Sapientia &c.

Ma-

Digitized by Google

Magna prorſus & rara virtus, humilitas honorata. Bernard.

* 4. *Quia exemplum* à Doctore ipſo ſumptum, fortius eſt quàm aliundè mutuatum.

Vti *viua vox de autoris ore transfuſa fortiùs ſonat*, (vt ait Hieronymus epiſt. ad Paulinum de omnib. diu.hiſt.libb.& adlegat Aeſchinis,de oratione ſcripta Demoſthenis & eadem ab eodem pronuntiata,reſponſum Rhodi datum)ſic datum exemplum fortiùs quàm narratum.

Quantam vim putatis(Auditores)habent Patres Capuccini,Franciſcani illi noui, cùm de cruce, deq́ue luxu veſtium contemnendo &c. declamant; cùm non modò Chriſti,aut Baptiſtæ vitas adlegãt, ſed ſuas oſtendunt & ſeipſos, dicendo ſic aut ſic; *Diſcite ex nobis,&c.Facies enim combuſta vultus eorum.* Crucem Chriſti loquuntur eorum oculi , barba, veſtis,chorda,&c. *Ego vox*,totus vox: aut dicendo: *Videte noſipſos.* An non ſumus homines ſimiles vobis paſſibiles?&c.& tamen hęc poſſumus. Cur non & vos?

An non mollibus veſtiti aliquandò fuimus in domibus Regum vt vos (dicere hoc poſſit imprimis Dux Ioyoſus Capuccinus) & tamen quas nunc gerimus veſtes! quo fune cingimur! vbi dormimus! &c.*Diſcite à me,diſcite à me* hoc aut illud.ô quã vim hæc habent in animis Auditorum! quanto impetu in eos irrumpunt!

Sic agitur Cenſura, & ſic exempla parantur,
Cùm Iudex,alios quod monet,ipſe facit.

Viſus quoque eſt auditu diſciplinabilior: & demonſtrationes plus poſſunt,quàm narrationes, aut rationes. Horat. in arte,

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

 *5.Vt

* 5. *Vt patres* non prouocent ad iracundiam filios ſuos.

Quis tali Magiſtro non diſcat miteſcere, ſi nondum in naturæ ſchola hoc diſcere potuit?

Et feræ cicurantur.

Plinius lib. 8. c. 7. de Elephantis. *Capti* (inquit) *celerrimè mitificantur, hordei ſucco.*

Vnicornem virginis ſinus cicurat.

Longa dies homini docuit parere leones.

II.

Quæ merces duarum harum virtutum.

At qua mercede aut ſtipendio hùc vocamur? inquis.

Merces in promptu eſt. *Et inuenietis requiem animabus veſtris*, id eſt, & hic, & ibi, in cœlo ſcilicet, *beati eritis*. Beatitudo enim nihil aliud quàm requies, quàm appetitionum finis, quàm pax.

Requiem dicit { 1. *Hîc pacem publicam, priuatamq;,* 2. *Appetitionum complementum,* 3. *In cœlo ſcilicet, vitam æternam.* }

* 1. *Hîc pacem.*

Inter ſuperbos enim *ſemper iurgia.*

* 2. *Deſideriorum complementum.*

Deſiderant autem hic omnes { 1. *Scientiam,* 2. *Opes,* 3. *Honores,* 4. *Amicos,* 5. *Indolentiam.* }

* 1. *Scientiam.* Naturaliter omnes ſcire deſiderãt? Mitibus atque humilibus, ſeruatur ſcientia.

Iſai. *Super quem requieſcet ſpiritus meus? nonne ſuper humilem, & quietum, & ſuper trementē ſermones meos?*

Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu*, id eſt humiles, & illo ſuperbiæ vento vacui, *quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*, id eſt, vno ſenſu, ipſorũ eſt ſcientia Euan-

ge-

Digitized by Google

gelij, & ſcripturarum, quæ regnum Cœlorum, & regnum Dei non ſemel vocatur.

Matth. 11. hic. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus*, falsò grandibus, *& reuelaſti ea paruulis.*

Diſcere volentem, fateri oportet humiliter, aliquid ſe ignorare.

Multa idcircò neſcimus, quia pudet quærendo doceri ignorantiam confiteri.

Situlam incuruare oportet, ſi aquam hauſtura eſt.

Sæpè rogare, rogata tenere, retenta docere,
Hæc tria diſcipulum faciunt ſuperare Magiſtrum.

ait ſapienter verſificator duriuſculus.

D. Franciſco noſtro ſemel diuinitùs dictum; *Franciſce, amara pro dulcibus ſume, & teipſum contemne, ſi me cupis & velis cognoſcere.*

Vt minora animantia ferè ſagaciora, vt apes, vt araneæ, ac formicæ; adeò vt cellis faciendis apes, telis contexendis araneas, granis cõgregandis formicas nullus artifex æquare poſſit, ſic fere quò humilior quiſq; eſt, hoc eſt aut poteſt eſſe ſapientior.

In homine etiàm illi ſenſus virtute præcellunt, qui minores ſunt.

Prouerb. 30. *Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa sũt ſapientiora ſapientibus.*

* ij. *Opes.* Etiam dos iſta humilium eſt, & mitiorum.

Matth. 5. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

Geneſ. 44. Ioſephi ſcyphus in ſacco fratris minoris inuentus, quoddam huius rei ſimulacrum.

* iij. *Honores?* Dignitates? Et hi talibus debentur.

Luc. 1. *Qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.*

Eccl. 10. *Sedes Ducum ſuperborum deſtruxit Dominus, & regnare fecit mites pro eis.*

Digitized by Google

1. *Reg.* 17. Dauid minimus fratrum vnctus eſt in Regem.

Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.

Qui ſe humiliat, exaltabitur.

D. Aug. de verbis Domini. *Omnes delectat celſitudo, ſed humilitas gradus eſt.*

* iiij. *Amicos?* cum mitibus humilibuſqúe homines libentiſſimè conuerſantur.

Eccl. 6. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.*

Ipſimet ſuperbi, humiles non amare non poſſunt.

Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat. Virg.

D. Bern. ſup. Miſſus eſt. *Glorioſa res humilitas, qua ipſa quoq; ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat.*

Superbi ſuperbos non ferunt, humilium magis conſortio, ſodalitio, famulitioq́; delectantur.

Geneſ. 42. Dicunt filij Iacob de Beniamino: *Minimus frater noſter cum patre noſtro eſt.*

Leones cum ciuibus colludunt.

Elias Cretenſis commen. ad orat. 2 Nazianz. de Theologia. *Leo quum ſit quaſi quidam brutorum tyrannus, non admodum cupit eſſe pari cum cæteris honore ac dignitate, propter quandam inditam ipſi à natura ſuperbiam.*

Prou. 16. *Melius eſt humiliari cum mitibus quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis.*

Contrà; *Odimus accipitrē quia viuit ſemper in armis,*
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos. Ouid.

Geneſ. *Hic erit homo ferus, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.*

Oues & colūbæ mitia animantia, omnibus chariſſima, etiam noſtro D. Franciſco, quæ etiam ſæpè à morte redemiſſe legitur.

Idem ſui maledixit, cui & mox mori contigit, quod

quod agnum manſuetiſſimum deuoraſſet.

Inter amicos verò maximè amicum habebunt Chriſtum humiles.

Omne ſimile ſimili delectatur; Sed Chriſtus fuit mitiſſimus atque humillimus. Ergò quo quiſque magis talis, hoc Chriſto carior.

Pſal. *Diriget manſuetos in iudicio, docebit mites vias ſuas.*

* v. *Indolentiam?* Et hæc humilium ac mitiū propria eſt.

Si *durum eſt contra ſtimulum calcitrare,* mollius eſt manſuetè ſeſſoris aut equiſonis arbitrio ambulare.

Canis neruo aut laqueo vinctus, ſuauiùs herum ſequitur parendo, quàm reluctando.

Seneca. *Fata volentem ducunt, nolentem trahunt.*

Reluctans Dei ordinationi, atque (vt ſic dicā) fato, meritò audit *Magna velut mare contritio tua,* cum procelloſum eſt atque ventis turbatum.

Feriunt ſummos fulmina montes, Fulmina & belli tormenta res molles ac non reſiſtentes non offendunt, duras frangunt.

Ergò benè promittitur, *Inuenietis requiem animabus veſtris,* nihil fruſtrà optabitis.

Et quid doleat verè humilis, qui humiliationem ſui fert vel patienter, vel libenter?

* 3. *Vitam æternam,* quò tendimus omnes, & quæ vera eſt requies animorum ac deſideriorum.

Hîc non inuenit columba Noe, vbi requieſcat pes eius, atque affectus.

Non tàm facilè *requiem æternam* dabit animabus noſtris, illud *Requiem æternam* ſepties aut trigeſies Gregoriano inſtituto (etſi illo optimo & maximè etiam ſalutari) repetitum, quàm mitem & humilē eſſe, Chriſto doctore didiciſſe.

Ex ſpeculo vitæ B. Franciſci, & ſoc. c. 61. Frater Pacifi-

Digitized by Google

cus orans raptus in cęlum, vidit in cęlo ſedes multas,& in his eminentem vnam ac ornatiſſimam. Et apud ſe cogitans , eccuius tandem eſſet ſedes illa? mòx vocem audijt dicentem ſibi; *Hæc quondam Luciferi ſedes fuit,& loco illius ſedebit in ea Frater Franciſcus humilis.* Requiem ergò inueniri humilium animabus videtis?

III.

D. Franciſcus quàm mitis atque humilis.

Huius autem lectionis, *Diſcite à me quià mitis ſum &c.* nullum opinor auditorē aut diſcipulum, Chriſtus vnquàm habuit fideliorem, qui meliùs & didicerit,& meliùs aut meminerit,atq; exercitatione profecerit,paupere Franciſco huius nominis, primo, Legislatore noſtro , cuius perpetuum epitheton eſt(*Humilis*)humilis Franciſcus.

Vt Theopompū fręnū debuit coercere, quēadmodū cōtrà calcar vrgere Theophraſtū,in eloquētiæ ſtudijs; ita D.Frāciſcus in ſtudio humilitatis reprimendus ferè magis fuit,quam incitandus.

Mirandus ſæpè magis in hoc genere, quàm imitandus.

Pſal. *Ego autem humiliatus ſum nimis,* merito dixerit.

Quantā eius humilitatem ſpirant iſta:
1. *Nomen Ordinis!*
2. *Sermo de ſeipſo!*
3. *Apophthegmata!*
4. *Veſtitus!*
5. *Paupertas!*
6. *Mendicitas quotidiana!*

* 2. *Nomen Ordinis.* Nam fratres Minores vir humilis cenſuit nos appellari, non tàm tempus , quo ordinem vltimus inſtituit adſpectans, quam humilitatem, qua volebat ſuos cæteris prælucere.

Ordinis Rectores & capita vocauit Miniſtros ac ſuos. Re-

Reliquos duos ordines à ſe inſtitutos etiam ſatis humiliter appellauit; Nam Claræ filias, *pauperes Dominas*; ordinem tertium *Pœnitentium* dixit, vndè illa feſti eius Antiphona; *Tres ordines hic ordinat, primumq; fratrum nominat minorum; pauperumq; fit Dominarum medius; ſed Pœnitentum tertius ſexum capit vtrumq;*.

* 2. *Sermo de ſeipſo*

Fratri Pacifico quaſi ſic eius humilitatem tentāti, & quærenti, *Quid credis de teipſo frater? reſpondit Franciſcus, mihi videor peccatorum mundi huius maximus*. Ex ſpeculo vitæ B. Franciſci & ſociorum c. 61.

Filium Petri Bernardonis ſe ſubindè per contemtum nominabat, vt Chriſtus ſe *Filium hominis* potiùs, quàm Dei.

Ex Regula Capucinis familiari, edita per Plantinum pag. 90. D. *Franciſcus omnem creaturam ſupra ſe ponebat, & ſe ſubtus: & hoc quia (vt dicebat) offenderat illum magnum Dominum, qui fecit omnem creaturam, & qui tantum honorauit nos, quòd amore noſtri aſſumpſerat carnem humanam, qua aſſumpta participauit omni creaturæ.*

Ibid. pag. 93. *Si aliquod malum de eo dicebatur, illud concedebat; ſi verò bonum, quod in illo eſſet, ſe excuſabat & dicebat, quòd nihil boni faciebat, in mente tenens, quòd Deus omne bonum facit, & dat etiam voluntatē faciēdi.*

* 3. *Apophthegmata.* qualia iſta ſunt pauca è multis. *Quanti eſt homo coram Deo, tantidem eſt, ac nihilo pluris.*

Et; *Incipiamus fratres, vſq; modò nihil fecimus*. Ad anteriora enim ita ſe extendebat, ac retrò poſita nihili faciebat, cùm tamen tot quadrageſimis annuatim ieiunandis, templis reædificandis, Vigilijs &c. ſe propè confeciſſet.

* 4 *Veſtitus*, vilis dupliciter, pretio pariter & colore. Cinereum enim eſſe voluit. Forma etiā tali, vt ſtul-

ſtultos facile dices,ſic veſtitos.

Detritas veſtes intùs foriſq; ſacco reparari permiſit.

* 5. *Paupertas* omnium egena, etiam panis quotidiani,proprij habens nihil,non priuatim,non publicè.

Paupertatem autem ita amauit, vt ſponſam vocaret.Eam,quod cogat miteſcere atque humiliari, propterea mire coluit.

Pauper amet cautè,timeat malè dicere pauper
Multaq; diuitibus non patienda ferat. Ouid.

D. Auguſtini ſenſo,*Vermis diuitiarum ſuperbia.*

* 6. *Mendicitas quotidiana* . Non enim tantum vnũquemq; vt in alijs Ordinibus priuatim, ſed omnes etiam gregatim pauperes eſſe voluit; omnes in diem viuere; in diem mendicare ; *panem noſtrum quotidianum* petere;ne cumulandi data licentia, vno die ac ſemel pudore mendicandi deuorato,deinceps efferremur;ſed,vt,quouis die petendo, ſæpeq; repulſam patiendo, & manticam irrideri audiendo,miteſcendi ac humiliandi noſtri quotidiana nobis relinqueret argumenta. Etſi benè admonet,dicens: *Et non debeant verecundari, quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo.* Ex Reg.

Quid?Etiam præter hæc omnia gaudebat vituperijs , imò nonnunquam ſe ipſe opprobrijs ſaturandum ſpontè obijciebat.

Ex Regula eadem P.P.Capuccinorum in Perfectionibus Franciſci,perfect.4 pag. 92. *Illum qui ſibi malum faciebat, vel de ipſo malum dicebat, multum diligebat; quia mediante illo tanquam nuntio, Deus magnum bonum ſibi conferebat,& tanquàm membrum & retinaculum,quo mediante Deus eum tergebat, & tanquam inſtrumentum,& dolabrum,quo eum Deus dolabat.*

Ex ſpeculo vitæ B. Franciſci cap.... Fratri Leoni ſo-

ſocio ſuo, aliquandò in principio ordinis, cùm diuini officij libris carerent dixit; Quandoquidem matutinas preces cantare non licet, ſaltem ne ſine laude Dei tempus abeat, dic ad verbum, quæ te docuero, ac prior dixero. Leone igitur facturum promittente, ita dixit; *O Frater Franciſce, tot peccata in ſeculo perpetraſti, vt Inferno dignus ſis.* Leone autem contrarium omninò dicente correpto, adiecit: ſequere dicentem; *O F. Franciſce, tot peccatis Deum iritaſti, vt maledictione, ac diris omnibus dignus ſis.* Leone iterùm refragante, adiecit: *Per ſanctam obedientiam tibi præcipio, vt ne quid mutes*; atque illo ſic dicturum promittente, tùm Franciſcus, facie læta & manibus in cœlum ad Deum erectis, genibus flexis; cum fletu magno dicebat: *O F. Franciſce peccator magne, ô F. Franciſce captiuelle, putaſne miſerebitur tui Deus qui tot peccatis patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis irritâris, vt præcluſeris tibi omnem miſericordiæ locum?* Leone autem reſpondente, Deus pater, cuius infinities maior eſt miſericordia, quàm iniquitas tua, magna tecum aget miſericordia, ac inſuper gratia multiplici te locupletabit, q. d. *vbi abundauit delictum, ibi abundabit & gratia*; D. Franciſcus dulciter iratus, & patienter turbatus, Leonem inobedientiæ arguit. Leo autem reſpondit; *Deus ſcit (pater chariſſime) voluiſſe me quidem ſemper, vti præceperas, inſtar Echûs fideliſſimæ, reſpondere; ſed* Deus *ex arbitrio ſuo ac beneplacito, loqui iubet, & cogit*; ex voto autem & propoſito meo loqui vetat. Et iterùm ferè ſimilia præcipiens, Leonem iterum audijt refragantem ac dicentem, *non poſſum aliud eloqui, quam quæ ore meo loquitur* Deus. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*; atque huiuſmodi pia & humili contentione vigilantes aurora inuenit.

Dixiſſes tunc Franciſcum eſſe Regem Balac; Fratrem

trem verò Leonem, alterum Balaamum. Balac inquam illum Balaamo ſuæ præcipientem iterumq́ iterumq́, Iſraelem vt diris & maledictis oneraret; Balaamum verò vel inuitum, etiàm propoſita à Rege mercede benedicentem tertiò ac laudãtem, Regiq́ indè iratiori reſpondentem, *Nonne nuntijs tuis, quos miſiſti ad me, dixi; Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: ſed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar?* Num. 24. & 23.

Ego autem humiliatus ſum nimis.

Nos cõtrà proh dolor! Nàm cùm iubemur peccata noſtra non modò Deo, ſed Sacerdoti fido, in aurem confiteri; vix volumus, & tremuli facimus.

Quid? etiam publicè aliquando D. Franciſcus peccata confeſſus eſt.

Vbicunq́, & coram quibuſcunque religioſis & ſecularibus, ſpiritus eius in ſuperbiam, vel vanam gloriam, aut in aliud vitium mouebatur, ſtatim coram illis nudè ac ſine vllo fuco confitebatur. *Ex ſpeculo vitæ 6. Franc. & ſoc. cap. 63. vbi & alia ſimilia.*

Ego autem humiliatus ſum nimis.

Quid? Aliquandò nondùm à quartana liberatus, quòd neſcio quid delicatulum, ad inſtaurãdas vires, in morbo guſtaſſet, præcepit cuidam F. Petro Cathani (qui primus fuit Generalis Ordinis Miniſter à B. Franciſco electus) vt chorda ad collum alligata, nudum publicè ad locum, in quo tum Franciſcus prædicârat, & vbi populum tantiſper expectare iuſſerat, traheret, atq́ ibi vultum eius cinere adſpergeret. Nudus ergò ductus eſt, non tractus hyeme aſperrima. Tùm Franciſcus ad populum; *Vos* (inquit) *& qui meo exemplo ſeculo renunciant, & albo noſtro inſcribuntur, Sanctum me arbitramini ſed quã*

fal-

falsò! Deo enim & vobis confiteor, me in iſta mea infirmitate auſum carnes, cum juſculo carnibus cõdito, comediſſe.

Quid agis Franciſce? non hoc voluit Chriſtus dicens, *Diſcite à me quià mitis ſum* &c.

Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Sed reſpondet Franciſcus; *Ego autem humiliatus ſum nimis.* Scio quid mihi proſit.

Iure igitur fratribus ſuis dixerit cum Chriſto; *Diſcite à me* &c.

Eſtote imitatores mei, ſicut & ego Chriſti.

Et tanti Patris Filios oportet eſſe humilimos qui forma factus humilium.

Amplectantur ſecula Doctrinam facto proditam.

Monſtrum dicebat quidam ex noſtris doctus Pater P. Iulianus à quercu, Prouinciæ Flandrię quondam Miniſter, *Franciſcanum Superbum.*

IN FESTO S. FRANCISCI, Aueſnis in Conuentu FF. Minorum, coram R. P. Miniſtro Prouinciali, 1608. 4. Octobr.

Thema. *Et dicetur ei, Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me.* Zach. 13.

QVia de B. P. N. Franciſco hodiè mihi dicendũ eſt, quẽ lippi tonſoresq; omnes ſciunt vulnera illa quinque Saluatoris noſtri illuſtriora etiàm in corpore ſuo, gratia Dei ſingulari, habuiſſe; putaui ſententiam iſtam Zacharię cõmodiſſimè hùc poſſe torqueri, nihil, aut certè exiliter repugnantem.

Tor-

Digitized by Google

Torqueri inquam; nàm de D. Franciſci ſtigmatibus nunquam (opinor) Zacharias hîc cogitauit; ac fortè ne de Chriſto quidem, vt mòx oſtendam, ſed tantùm allegoricè ad Chriſtum Eccleſia inflectit.

Itaque, vel hinc iàm videtur, neceſſariò mihi de tribus hac concione eſſe dicendum.

Dicendum enim
1. *Quis literalis ſenſus huius loci Zachariæ;*
2. *Vt Chriſto conueniat, & quorum ſit colloquium;*
3. *Vt B. Franciſco accommodari poſſint.*

Vtinam alius à me de Franciſco Magno iſto, & huius nominis & Ordinis Primo, diceret!

Tàm multa enim dicenda de hoc Cœli Cancellario perpetuo, video, vt de illo *ſilere melius putem, quàm parum dicere*, vt aiebat ille de Carthagine. *Salluſt. in Iugurth.*

Beneuolis enim in Franciſcum, cùm quæ potuero, & vt potuero, dixero, ſemper videbor inuidè auareq; dixiſſe. Semper enim plura dicenda ſupererunt, quàm dicta erunt.

Alijs, dicens qualia, & quæ meritò dicenda ſunt, videbor & inuidiosè, & nimium inuidenda dixiſſe.

Videbor etiam nimis affectatè prolixus.

Deindè; cum de Diuo tantæ in vita ſeueritatis atque mortificationis ſit dicendum, & videam quã adhùc parùm in me mortuus ſit vetus Adam; adſitqúe nunc auditor R. P. Miniſter noſter (cuius mortificatio quanta ſit, vel in vultu eius legitur) magis illum quàm me, de D. Franciſco dicere oportuit.

Sed quandoquidem obedientia vrget, dicam & quæ, & quàm potero conuenientiſſimè, & (ſpero) pro rerum magnitudine breuiſſimè. AVE.

I. *Quis*

Digitized by Google

I.

Quis ſit literalis ſenſus huius loci Zachariæ.

Quadraginta iàm totos & amplius, annos verſatus ſum pro virili (Auditores) in ſtudijs literarum, & fateor, ô ingenij mei hebetudinem! nunquam hunc prophetæ locum ſatis propriè intellexi. Putaui enim ſemper, quòd toties illum Eccleſia paſſionem Chriſti commemorans vſurparet, de Chriſto omninò, & ad literam (vt ſcholæ loquuntur) intelligendum.

Sed toto hactenùs cęlo erraui, vt nunc video. De pſeudopropheta enim per caſtigationem emendato propriè ſermo eſt.

Ità nùnc tandem experior vera, quæ de Theologis, à Magiſtro quodam meo iampridem audiui; ſcilicet, ſi benè memini;

Theologiæ ſtudioſos, primo anno omnia ſcire, id eſt, ſibi videri ſcire omnia;

Altero autem hæreticos eſſe;

Tertiò nihil ſcire, & ſecum illud cum Socrate dicere, *Vnum ſcio, quòd nihil ſcio.*

Quarto, diſcere incipere dumtaxat.

Cùm conſummauerit homo, tunc incipit.

Belidum pœnè dolijs aquam haurire videmur. *Semper hic diſcentes, & nunquam ad ſcientiam* illam conſummatam Sanctorum *peruenientes*, donec in cœlo, de pleno fonte, *aquaſapientiæ ſalutaris* à Deo potemur.

Heri primum, cùm ad fontem ipſum recurri, cępi videre, de Pſeudopropheta aliquo emendato locum hunc propriè ac primò loqui.

Iàm probo. adtendite.

Zachariæ caput 13. eſt bipartitus. Prima parte ab initio cap. vſque ad hunc locum, *Phramea ſuſcitare ſuper paſtorem meum* &c. qui eſt de paſſione ipſius

Chriſti, vt patet ex ipſis Matthæi verbis cap. 26. nil niſi prædicit tria commoda ex paſſione Chriſti conſequutura.

Secunda autem parte, quæ ibi incipit, *Phramea ſuſcitare* &c. refert verba patris permittentis crucifixoribus filij ſui, poteſtatem illius crucifigendi.

Tria autem illa commoda paſſionis Chriſti sũt { 1. *Ablutio omnium ſcelerum*; 2. *Ceſſatio Idolatriæ*; 3. *Zelus piorũ in Pſeudoprophetas.*

* 1. *Ablutio ſcelerum*, ſeu remiſſio peccatorum, ibi: *In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.*

* 2. *Ceſſatio Idolatriæ*, ibi: *Et diſperdam nomina idolorum de terra* &c.

* 3. *Zelus piorum in pſeudoprophetas* tantus, vt ipſi pater & mater ſint ſuos ipſorum filios per cædes & ſtigmata punituri, ibi: *Et erit cùm prophetauerit quiſpiam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerint eum. Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini, & configent eum*, vel vt Vatablus vertit, *confodient eum* &c. id eſt, adigi in crucem procurabunt.

Adeò, vt omnes pœnè ſint negaturi ſe tales eſſe, & ſe diligentiſſimè occultaturi, niſi fortè ex notis & ſtigmatis ob priorem lapſum inflictis prodantur.

Vndè illud, *nec operientur* (prophetę falſi ſc. (*pallio ſaccino*) prophetis vſitato, vt patet ex Helia & Ioanne Baptiſta) *vt mentiantur: ſed dicet, Non ſum propheta, homo agricola ego ſum: quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia meá*, vel (vt Vatablus vertit) *vt quẽ Adam ab adoleſcẽtia mea inſtituit, vt poſſeſſiones colerem.* Heb. quia homo (vel aliquis) docuit me artem paſtoralem à iuuentute mea; quaſi dicat, magis ſum edoctus opificium aliquod exercere, quam

quam biblia legere, argutari, aut interpretari.

Cùr ego, ſi nequeo ignoroq́, Poeta ſalutor?

Ergò, quæ propoſita ſunt loco thematis, ſunt Interrogatiò vel Iudicis vel Inquiſitoris, vel cuiuſcunq́ zelantis pro domo Domini, eiuſq́ vero cultu, & Reſponſio alicuius olim non ſatis firmi in fide, ſed nùnc caſtigatione parentum emendati, & ipſis gratiam habentis: quaſi dicat Inquiſitor; ſi tu non es propheta falſus, *quid* ergò *ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* cùr habes illas malefactoris notas in manibus; & quaſi reſpondeat qui iam factus eſt caſtigatione melior, quaſi laudans parentes à beneficio correptionis & caſtigationis, qua maturè corrigere ſe cœperit, *Hũ plagatus ſum in domo eorum qui me diligebant*; quaſi dicat (ait Vatablus num. 16.) *fui caſtigatus apud parentes meos, ne propheta rem, cuius caſtigationis teſtes ſunt hæ plagæ.*

Plagæ, inquam, *iſtæ* (vel Vatablo) *liuores iſti.*

Plaga in medio manuum. Nihil mirum: nàm pro diuerſitate temporum, locorumqúe, & pœnæ variæ, & ſedes pœnarum diuerſa. Stigmata hic inuruntur; illic aures præſcinduntur; alibi lingua terebratur &c.

Non vnus vbique notandi modus, ſeu ad contumeliam, ſeu ad gloriam.

In dorſo nunc fures notantur, vti & olim fortaſſe, ſecundum illud Iſai. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper humerum eius*, & illud Pſal. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores*; in dorſo enim certè pro Adamo fuerat Chriſtus puniendus inſtar furum, quod Adamus furto deliquerat: fructum enim non ſuum inuito horti Domino adtigerat.

Digitized by Google

Olim aure multabantur.

Lingua blaſphemi nunc perforatur à bonis; olim frons notabatur.

Vide Monomachiam noſtram Conc. 39. parte 2. pag. 299. & 300 editionis Duacenæ, de pœnis varijs blaſphemorum.

Frons olim & facies Chriſtianorum olim à Tyrannis notabatur, vt patet ex parte 4. Annalium Michaelis Glycæ, vbi ſic legis; *Id temporis etiam ij, quorum facies notis erant compunctæ, in exſilium acti, piſcatoris cuiuſdam opera Methodie ſcripſerunt, in hac verba, iambicis verſibus incluſa:*

Viuo peremto, viuificoq; mortuo,
Terram incolenti, ac pariter calcanti polum,
Scripsêre vincto vincti, & inſcripti notis.

Iis Methodius in hanc ſententiam reſcripſit:

Libris viciſſim deſcriptos cœleſtibus,
Facieſq; non ſine laude compunctos notis,
Secum ſalutat vinctos viuus obrutus.

Ad gloriam, in fronte ſe notant ipſi perfrequenter ſigno crucis Chriſtiani melioris notæ.

Iſai. *Tau in frontibus virorum gementium.*

Apoc. 7. *Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoaduſque donec ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.*

Forſitan ergò tùnc parentes filios notabant in manibus, ſi quid domi peccabant.

In ſcholis nunc ferula lignea.

Tempore meo, in Houdano illo Vrbis noſtræ Palladio vti ſpero ſempiterno, fuit Rector quiſpiam, qui arreptam vnam peccantium diſcipulorum manum, ita diu ac vehementer in dorſo virgabat, vt præter dolorem, etiàm non raròliuores ſatis diuturnos relinqueret. Et ego aliquoties in illo cruciatu, vt ſunt puerorum vel negligentiæ, vel inſolentiæ.

Olim

Olim non multò aliter.

Nec ſcuticâ dignum horribili ſectêre flagello

In manu certè optima ſedes pœnæ, ſenſo meo, quoniam facilius ac ſæpius manus quàm frontem videmus, eaq́ꝫ liuida, aut ſaucia, aut cicatricoſa ob peccatum conſpecta, ſæpiùs admonet cauere id, cuius gratia ſic affecti antè fuimus.

Hùc ſpectat illud; *Ecce in manibus meis deſcripſi te.*

Pſal. *Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera tua.*

Prou. *Ante digitos meos aut manus meas obliuiſcar, quam te.*

Nunc quoque, cùm ſerij quid volumus meminiſſe, manicæ aciculam adfigimus, quòd ea ſæpius oculis obuerſetur.

Ergò cùm dicitur, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuū tuarū?* & reſpōdetur, *His plagatus sū in domo* &c. Inſinuatur, filium à parentibus in ea parte corporis caſtigatum, in adoleſcentia aut pueritia, cùm pſeudoprophetica ſpiraret, ne vir factus euaderet in pſeudoprophetam.

Eſtq́ue reſponſio ipſa, quaſi quædam cauſæ redditio, cur nolit eſſe pſeudopropheta, q. d. ità olim durè ob id exceptus ſum à meis, vt deinceps nolim talis eſſe.

Item; quędam obliqua parentibus gratiarum actio eſt, quòd ſe corrigendo, & quidem domi, amorem ſuum in ſe oſtenderunt, ne periret, ad Pſeudoprophetas aut hæreticos declinando; neue tādem, quia non eſſet maturè virgis filiorū correctus domi, foris flagella tortorum pati cogeretur.

Ad Prætores enim & Lictores recta manu ducunt liberos ſuos parentes, qui virgis parcunt.

Et certè amoris eſt præcipui, benè ſuos corrigere, & non corrumpere licentia.

Digitized by Google

Orig. homil.8.in Exod. ait facilè ex eo intelligi, languere patris in filium amorem, cum

Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula blandientis.

*Stob.ſer.*42. Ex Perſis ille Regi gratias agit, qui eius imperio fuerit flagellatus, *tanquam ſi fœliciter ſecum actum ſit, quòd Rex memor ipſius fuerit.*

Laurentius Surius comment. ad annum 1501. refert Germanum quempiam vxorem in Moſcouia duxiſſe, quæ apud ipſum parum ſe ab illo diligi quereretur, quòd nunquam ab eo percuteretur.

Quòd medicus brachium vrit, quod ſecat manum, amantis eſt. Sæuit enim ne pereas.

Quòd miles illum ſuum & pompæ & belli equum non ſinit vel tenuiter lapſare & offendere, quin mòx calcaria illi in ventrem imprimat, ſanguinem exprimat, amantis eſt; quòd verò alium clitellarium & cacularum quamuis etiam ſuum pede lapſantem ſemel iterumq́ non ſtimulet aut cædat, eſt contemnentis.

Quis pater liberos habens & ſeruos domi, non plus acriusq́ caſtiget liberos indecorè ac minùs ingenuè ſe habentes, quam ſeruos aut mancipia? Ni faceret, non amaret.

Maximus Tyrius ſer. 4. *Nonne parentes diligunt liberos, ac diſcipulos magiſtri? at quidnam infeſtius dicas, quàm aut liberis patres, aut diſcipulis Magiſtros?*

Dei ipſius etiam eſt iſta vox: *Quem diligo, caſtigo.*

Flagellat omnem filium, quem recipit.

Arnobius lib. 8. aduerſus Gentes. *Gentes Deum neſcientes . . . vt victimæ ad ſupplicium ſaginantur, vt hoſtiæ ad pœnam coronantur.*

Et ſatius, audire filios domi tuæ flentes, imò & te quoque parentem cum ipſis flere, illos verberum dolore, te fletuum compaſſione, quam vtroſque

que foris, propter tortoris diritatem.

Ex malis & minima & pauciſſima Sapiens, ſi non diligit, certè deligit, cùm licet.

D. Aug. tract. 51. in Ioannem. *Si benè oderis, tunc amaſti* tam alium, quam teipſum.

Iudicem ergò parentes prǽueniant, corrigendo, corripiendo &c.

Et quis ſcit, an non etiam loquatur hic Pſeudopropheta de callo manuum, labore intenſiori contracto? quaſi dicat. Ita parentes me laboribus & negotijs, ſeu ad ſtiuam, ſeu alio quolibet quotidiè deſtinantes, vt occalluerint manus meæ, neque otium fecerint legendi aut cogitandi de hæreſibus &c.

Græcus quidam adoleſcens in cœnobio AEgyptio annum totum calumnijs iuſſis vexatus à ſuis tandem interrogatus an adhuc moleſtaretur cogitationibus carnis priſtinis? *Papæ*, inquit, *viuere mihi non licet, fornicari libeat?* Ex D. Hieronymo epp. lib. 2. ep. 15. ad Ruſticum Gallum monachum, edit. Caniſij.

II.

Vt Chriſto conueniant verba iſta, & quorum ſit colloquium.

Allegoricè ergò tantum, opinor, Chriſto conueniunt verba thematis noſtri.

Colloquium autem eſt, vel { 1. *Animæ piæ, & Chriſti;* 2. *Chriſti, & Patris.* }

* 1. *Animæ piæ* in meditatione ſua ardenti de moribus & vitijs æui ſui, rogantis, ſtupentiſquè vndè illa vulnera manuum, pedum &c? vndè iſta agni dilaniatio? Vndè tibi tàm *ſquallentem barbā & concretos ſanguine crines*. Chriſti verò vt reſpondentis & conquerentis ſe à falſis Chriſtianis velut iterùm crucifigi.

Chriſtiani ſunt ij qui diligebant, aut diligere debebant. Et certè ipſi diligere Chriſtum profitentur, cùm in Baptiſmo Chriſto nomina dant, ipſi militaturi.

Plagas autem ei refricant, quoties lætaliter peccant. *Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt?* Hebr. 10.

Hebr. 6. *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes*

Galat. 3. *Ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus.*

1. Cor. 11. *Quicunq; manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.*

Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi.

Maximè verò illum diuulnerant blaſphematores per caput, per pedes, per viſcera &c. quod militibus ſolenne eſt. *Impius miles ſc.*

D. Auguſt. tract. 10. in Ioan. *Ingeminantur flagella Chriſto, quia flagellatur ſermo ipſius ... Flagellatus eſt flagellis Iudæorum: Flagellatus blaſphemijs falſorum Chriſtianorum.*

Et quia in hac vrbe militari, & quadam ſede belli, in qua multus miles, nunc concionem habeo; libet hic hærere tantiſper, & exemplo celebri oſtendere, vt blaſphemiæ Chriſti corpus diuulnerent.

Thomas Cantipratanus lib. Apum 2. c. 49. p. 10. *In Brabantiæ partibus*, inquit, *vrbe Louanio, ciuem vidimus generoſum & bonum, qui nocte ſancta Paraſceues ad matutinas ſurgens, tranſibat ante cellarium, in quo perditiſſimi adoleſcentes ad ludum teſſerarum ſedentes, blaſphemijs & iuramentis ad inuicem contendebant. Tranſiens autem ciuis, inuenit homines plateæ ante cellarium, qui magno murmure plangebant hominem quendam igno-*

gnotum plagatum miſerabiliter, & ſanguine cruentatum. Qui, cùm quæreret autorem læſionis quis eſſet, reſponderũt: Iſti iuuenes qui hic in cellario ad teſſeras ludunt. Mòx ingreſſus ciuis improperat ludentibus tali nocte: & duris verbis interrogat, cur hominem ignotum ingreſſum ad eos tam crudeliter verberaſſent. Attoniti autem iuuenes negant aliquem ad eos intraſſe, poſtquàm conſederant, aſſerentes nullum ab eis verbo vel verbere laceſſitum. Et mòx cum ciue ſurgentes, omnes quærunt hominem cruentatum, nec inueniunt. Conuerſiq; ſinguli ad ſeipſos, animad- [illegible] *iuramentis ſuis terribilibus, rurſum Chriſtum* [illegible] *contumeliis affectum, rurſum improperiis cruciari* [illegible] *cùm mihi frater Ordinis Prædicatorum ſub dubio* [illegible], *ego ipſe in dictam vrbem veniens interrogaui &* [illegible] *veritatem rei, & is qui nouit, ſub præſtito iuramento narrauit vt ſcripſimus. Addidit quoq;, quòd Dominus domus, in cuius cellario luſores ſederant, dicto facto tanta contritione permotus eſt, vt mediante ciue illo qui hoc narrauit, cum vxore omnia bona diuideret, quæ per vſuram rapuerat, iniuriatis reſtitueret, & vitam ſuam beatiſſimè terminaret.*

Hinc igitur liquet, verba hæc poſſe eſſe Chriſti etiàm de multis militibus Chriſtianis conquerentis: *His plagatus ſum in domo eorum qui me diligebant:* Nam nil ſæpiùs noſtro militi in ore eſt, quàm ſe pro Deo & Rege pugnare, cùm tamen iuramentis ſic Chriſtum dilanient, & diſſecent minutius quàm laniones carnes in macello.

Peiores ſanè milites, quàm illi crucifixores eiuſdem. Nam hi tunicam inconſutilem ſcindere noluerunt, non idcircò dolituram; noſtri verò Chriſti etiam iam regnantes tunicam viuentem, pellem, carnem, ita diuulnerant.

Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus. Virg. 2. Æneid. de Polydoro.

* 2. *Chriſti & Patris eſſe colloquium* putat meus Gueuarra tom. 2. montis Caluariæ c. 2. cuius hæc ſunt verba ex editione Latina Ioannis Crithij. *Hæc quæſtio, & hoc reſponſum in ligno crucis inſtituta ſunt Patrem inter æternum quærentem, & benedictum filium reſpondentem, cui non ſatis erat pro inimicis ſuis intercedere, dicens: Pater ignoſce illis: ſed etiàm illos excuſabat, dicens: quia neſciunt quid faciunt. Quærit ergò Pater dicẽs: quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? ac ſi diceret: Cùm tu ô fili mi dicas, nullum Hebræorum reũ mortis tuæ eſſe, dic mihi quis ergò adeò immanibus te vulneribus in medio delicatarũ manuũ tuarũ notauit? His plagatꝰ ſum in domo eorum qui diligebant me, reſpõdit Patri Dei Filius, q. d. hæc vulnera easq; plagas, quas in medio manuũ mearũ vides, in domo amicorũ meorũ excepi* &c. hęc ille

Quomodò autem ait *diligebant*? Itane? Crudelis ſanè dilectio.

Sed reſpondetur;

* j. *Chriſtum* intelligere maiores eorum qui ſe vulnerauerunt, qui certè ipſum dilexerunt, quales fuerunt Abrahamus, Iſaacus, & Iacobus &c. velle delictis poſterorum, merita maiorum ſuffragari.

Noluit benedictus Ieſus ad iniurias ac vulnera ſibi à viuentibus præſentibusq; Hebræis inflicta, adtendere, ſed ad merita atq; obſequia vett. Patriarcharum.

Obſequia ante mille annos ſibi à maioribus prę-ſtita reſpicit, non autem inflicta à poſteris eadem ipſa hora vulnera.

Vbi vide, quàm proſit ex bonis parentibus oriundum eſſe; Et, quàm ſuperet Iuſtitiam Dei eius miſericordia.

Exodi n. 20. ait; *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum* (ſcilicet) *qui oderunt me,*

me, cum filij paterna ſcelera imitantur : *Et faciens miſericordiam in milia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.*

Protendit lõgiùs & latiùs miſericordiam, quam Iuſticiam.

Filius non portat iniquitatem patris, cuius non ſit imitator; filius autem, propter iuſtitiam atauorum ſæpè tractatur humanius.

O amantem ſuorum Deum, & non minus Optimum quam Maximum!

* ij. *Chriſtum*, non putare iniuriam ſibi factam à Iudæis crucifixoribus, quoniam ipſe omnia pati voluerit, amicis ita decernentibus.

Q. d. Ita *viſum* erat *Spiritui Sancto*, *& nobis* Patri & Filio, non redemtum iri genus humanum, niſi his plagarer.

Quis me magis diligit quàm Pater, quà Deus ſum? quis magis quàm Spiritus Sanctus quà homo ſum? Sic enim ſum opus manuum eius, quia conceptus de Spiritu Sãcto. Ita oẽs vna fieri volumus.

Volenti autem *non fit iniuria.*

Ergò, quos diuini tui decreti exequutores habui, & coadiutores, iuſtius amicos, quàm hoſtes appello, ô Pater, cùm tibi reſpondeo : *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.*

Philippus Macedo Magni Alexandri pater ſuos detractores coadiutores ſuos adpellitabat.

Cic. in Lælio. *Scitum eſt illud Catonis, multo meliùs de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſæpè dicere, hos nunquã.*

* iij. *Deindè*; ait, *qui me diligebant*; quia ſic eius gloriam promouebant.

An non Amicus meus ſit, à quo promoueor?

Chriſtus autem ex paſſione ſua factus auguſtiſſimus.

Digitized by Google

Si granum frumenti mortuum fuerit, multum fructum adfert. Ioan. 12.

Philip. 2. *Factus obediens patri vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur* &c.

Pſal. *De torrente* impetuoſo quidem, ſed breui ac triduano Paſſionis *in via* vitæ ſua *bibit*; *propterea exaltabit caput.*

Ergò de Iudæis, quia Chriſtum huc crucifigendo promouerunt, rectè ait, *qui me diligebant.*

Finem Operis laudat Chriſtus, non intentionem operantium, &, vt ſic dicam, artificum.

Vt Ioſephi venditionem à fratribus ſuis oſoribus Deus vertit in bonum venditi, vt fieret primas AEgypti &c. ſic Chriſti crucem & ignominiam vertit in gloriam ipſius crucifixi.

Non vt Pompeius miſeria aut ruina noſtra magnus, ſic Chriſtus, ſed contra ruina ſua ipſius magnus factus eſt. Ipſum caſus ſuus erexit.

* iiij. *Vel amicos vocat* Iudæos paſſiuè, id eſt, quòd à ſe etiam tam feri & cruenti amentur, vndè vertit Caſtalion *vulneratus ſum in amicorum domo*, vbi vox amicorum tam paſſiuè quam actiuè capi poteſt, actiuè autem tantum iſtud, *qui me diligebant.* q. d. Etſi me ipſi non ament, ego tamen illos amo, & amicos adhuc appello, etiam in flagranti delicto, adhùc ſanguinolento corpore, adhùc fumantibus plagis, cùm nondum deferbuit ira.

Nota, quæſo, diligenter, magno noſtro Chriſtianorum pudore, arcem illam maximorum Dei inimicorum, & eo quidem tempore, vocari *domum amicorum.*

Chriſtiani enim plerique adeò contra eunt & faciunt, vt vix etiam compoſita pace amicos vocent,

cent, qui in ſe vel verbulo peccauerunt, aut vel talitro impetiuerunt.

manet alta mente repoſtum

Iudicium Paridis, ſpretaq́; iniuria formæ. Virgil. 1. AEneid.

Item nota poſt Fulgentium, Chriſtum Dominum, etſi nemo plures illo inimicos haberet, nunquam (quod ſciam) vllum inimicum nuncupaſſe, ſed magis amicum, aut filium &c.

Matth. 20. Murmuranti aduerſus procuratorem, quod pares omnes feciſſet vinitores, tam tempeſtiuos, quem ſeros, ait, *Amice, non facio tibi iniuriam.*

Matth. 22. Non habenti in nuptijs veſtem nuptialem, ait, *Amice quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* qua fronte?

Quid? Iudam ipſum iam ſe prodentem etiam ſic affatur; *Amice, ad quid veniſti?* &c.

Quis noſtrum talem, tali caſu, tali tempore, non proditorem, non furciferum, aut quomodolibet, vti Iudas merebatur, appellaſſet, imò & pugione confodiſſet?

Luc. 16. Epuloni illi duro iam ad flammas damnato, & in flammis poſito, ait etiam Abraham, *Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.* Nos diceremus; Impie, crudeliſſime hominum &c.

Hæc notemus, & noſtram ferocitatem emendemus.

* v. *Vel allegat* veterem ipſorum crucifixorum amorem & iuſtitiam, contra præſens eorumdem odium. *In domo eorum qui me diligebant,* id eſt, ſolebant antè diligere, nunc verò animum mutauere. Non vult vetera ipſorum benefacta noua iniuria obliterari.

Peius

Peius nos, beneficiorum faciles obliuiſci, iniuriarum ſemper recordari.

III.

Vt Beato Franciſco poſſint eadem adcommodari.

Sed vel nunc tandem videamus, quemadmodum eodem calce (quod aiunt) pedem Franciſci induamus, quorſum maximè hæc verba pro themate propoſueram.

Eſſe igitur poſſit iſta interrogatio, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* alicuius recenter ad Catholicam conuerſi, & adhuc hiſtoriæ Sanctorum valdè rudis, mirantis eccur vulgò omnes ſic vulneratum D. Franciſcum & Pictores & Sculptores figurent; reſponſio autem, eſſe D. Franciſci, docentis rudem quibus autoribus plagas illas acceperit, *His plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebant.* Amoris enim Seraphici merito, amans ab amante hæc ſtigmata obtinuit.

Sanè res eſt planè mirabilis & plena honoris, hominem illum ità Chriſto exterius ſimilem toto corpore fuiſſe, vt ſi Chriſto Franciſci cineream veſtem, aut contra Franciſco illam Chriſti inconſutilem tunicam indueres, aut verò vtrumque nudum exhiberes, vix alterum ab altero tertius aliquis, internoſcat. Ita vnus purus ac putus homo fuit. *Os humeroſq́; Deo ſimilis* (vt ſic dicam) per hæc ſtigmata.

Dicere aliquo modo poſſit Franciſcus de ſe, quod olim Chriſtus ad Philippum, *Qui videt me, videt & patrem meum; Ego & pater vnum ſumus.* Memento tamen, Franciſcum nil niſi hominem fuiſſe, & quidquid boni habuit, gratia Chriſti Domini & Dei ſui habuiſſe.

Gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit.

D.Tho-

D. Thomas, incredulus ille qui dixerat, *Niſi videro, niſi tetigero, niſi miſero manum meam in latus eius non credam*, ſi Franciſcum vice Chriſti vidiſſet, tetigiſſet, credo, exclamaſſet deceptus. *Dominus meus & Deus meus*, de eo qui tantum homo erat.

Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine.

Iudas, qui propter Iacobum fratrem Domini toto vultu Chriſto perſimilem, ne Romanus miles caperet, non capiendum, ſignum dederat, ſi Franciſcum tunc CHRISTVS in horto comitem habuiſſet, & ipſe facilè decipi & labi potuiſſet.

Vt Q. Mutius Scæuola in caſtris Porſenæ, purpuratum pro Porſena trucidauit, ab habitus cultuſqúe ſimilitudine deceptus, ſic Iudas alterum pro altero tradere militi potuiſſet, à paribus corporum ſtigmatis hallucinatus.

Qui vtrumuis rectè nôrit, ambos nouerit. Terent. in Prologo Andriæ.

Si Maria ſtante iuxta crucem lachrymoſa, etiam Franciſcus adſtitiſſet, quis ſcit, an non potiùs de illo quam de Ioanne illi Chriſtus dixiſſet, *Mulier ecce filius tuus*, non propter gratiam aut ſanctitatem maiorem, ſed expreſſiorem corporis ſimilitudinem?

Si Filius Dei iure gloriatur ſe dici *imaginem & figuram ſubſtantiæ Patris*:

Qui cum ſit ſplendor & figura ſubſtantiæ eius:
Qui videt me, videt & Patrem &c.

Eſt certè aliquis quoque & ſublimis Franciſco honos, eſſe imaginem & figuram non ſubſtantiæ quidem, ſed accidentium illorum auguſtiſſimorum, quæ Filius ipſe Dei, cùm vt cætera abolere potuiſſet, ſola voluit retinere.

Homi-

Homine quouis puro Eccleſiæ ſeneſcentis, altius aliquid eſt Franciſcus.

Honorabilem putamus hominem quemcunq́, etiam peccatorem, quòd ſit *ad* ſolam *imaginem Dei*, qua anima ſpectatur?

Iuſtum, quod *ad ſimilitudinem* Dei, id eſt, quà Deum moribus bonis repræſentat?

Glorificate & portate Deum in corpore veſtro

D. Franciſcus, & quà homo, & quà probus, his nominibus imprimis honorandus; ait poſt Chriſtum ante omnes honorandus idem, quà corpore quodammodo Chriſto ſimilis eſt, vnus ac ſolus. Multorum enim ſenſo, nemo hominum alius à Franciſco ſtigmatibus illis notatus eſt.

Item; quòd illud, quod Chriſtus dicere poteſt ſe in gratiam noſtri, & ad memoriam hominis ſempiternam feciſſe; idipſum poteſt D. Franciſcus aliquo modo iactare, ſe in gratiam memoriamq́ Chriſti feciſſe, aut habere, abſit verbo inuidia & blaſphemia.

Nam ſi, *Ecce in manibus meis deſcripſi te*, ait Chriſtus per Prophetam:

Item; *Si oblitus fuero tui, Ieruſalem*, id eſt, anima religioſa: *obliuioni detur dextera mea.* Pſal.

Et Franciſcus idem dixerit, *Ecce*, ô Ieſu mi bone Domine! *ecce* & ego *in manibus meis deſcripſi te*, aut potius deſcripſiſti te; certè in manibus meis gero perpetuum tui monimentum altè impreſſum.

Si oblitus fuero tui, ô Chriſte, *obliuioni detur dext. m.*

Si quòd Abagaro Regi Edeſſæ faciem ſuã in tabella pictam, & Veronicæ linteo impreſſam, dedit Chriſtus, tanti eſt; magni eſt quoque quod ſeipſum in Franciſco ſic expreſſerit.

Glycas p. 4. annal. vocat hunc Augarum, & ait effigiem per Thaddæum miſſam, & Edeſſæ conſeruatam.

Non

Digitized by Google

Non tam ſimilis ſigillo cera aut terra ſigillata, quam hic homo Deo crucifixo, ex quo amatum illum & vnicè amabilem Deo, credendum eſt.

1. *Reg.* 18. Vt Ionathas ſuum erga Dauidem, à cæde Goliathi reuertentem, manuqúe victæ & cæſæ beluæ caput vrbi inferentem, amorem teſtatus eſt hoc ipſo, quod ſe tunica ſua deſpoliauit, & hac Dauidem induit, & inſuper reliqua veſtimenta ſua, & gladium, & arcum, & balteũ dono dedit; ſic Chriſtus teſtatus videtur, quanti ſuum Franciſcum faceret, collatis illi ſoli ex tot Diuis, his paſſionis ſuæ monimentis.

Franciſcus tum creatus Cruciger, Armiger, Aquilifer; Cruciger (inquam) magis, quam chordiger: Imò cordiger à magno corde & cordato in Deum amore declaratus eſt.

Si homo quiuis alius, ab homine non lędendus, quoniam aliquatenus Dei eſt ſimulacrum; multo minùs Franciſcus, qui & Deum ſic repræſentat & Chriſtum.

Nemo mihi moleſtus ſit, aiebat Paulus, *ego enim ſtigmata* Domini *Ieſu in corpore meo porto.*

Rurſus; ſi quod rarius, id carius, vt eſt in Bernardo & communi prouerbio;

Certè carior omnibus Diuis Franciſcus, quòd illi vni, ſoli, & ſemper deindè ab impreſſione, vulnera illa Chriſti in corpore ſuo portare datum eſt.

Nam, quod Paulus ait, *ſtigmata Chriſti* quoque ſe, *in corpore ſuo portare*, intelligit, vel de notis virgationum; quas pro Chriſto multas pertulerat, vel de vſtulationibus, quibus vel in fronte, vel in dorſo ipſum, tanquam exulem & nefarium hominem, Tyranni ignominiosè notauerant, de quibus ſuperius aliquid adtigi.

Quòd Catharinam Senenſem ita pingunt, &

Digitized by Google

ſpinis inſuper coronatum, non fit (opinor) quod talia corpori eius impreſſa fuerint, ſed quòd animo eius illa iugiter & acriter fuerint obuerſata.

R.P.F. Robertus de Licio, Eccleſiaſtes olim celeberrimus ſerm. de S. Franciſco, ſuffragatur, & probat Diuam illam ſtigmata illa foris non habuiſſe, quòd cum in apotheoſin ea referretur, id eſt in eius canonizatione (vt ſchola loquitur) quo tempore illuſtriſſima quęque Sancti inter Diuos & Patres illos Cœli Conſcriptos referendi commemorantur, nullam audierit fieri ſtigmatum mentionem, ipſe actui illi præſens.

Pluris eſt oculatus teſtis, quàm auriti decem. Plaut.

Intùs, non foris fuit, quidquid talium ſtigmatum Catharinæ fuit.

Denique quòd eadem ſtigmata in cœlo ſemper eſt geſtaturus, multum hunc Diuum commendat.

Quidni ſemper geſtaturus? Nam Sancti vulnera illa ipſa gerent in cœlo, aut ipſorum cicatrices (quæ tamen nihil deformabunt) quæ fortiter pro Deo, Chriſto & Iuſtitia acceperunt. Sed Franciſcus pro Chriſto, eiusq; Paſſione refricanda, vulnera hæc accepit: nec Chriſtum iſta deformabunt; Ergò nec eius armigerum Franciſcum: Ergò & armiger in cœlo eadem geſtaturus.

Qùam tunc vnus inter omnes erit ille ſpectabilis toti cœleſtium coronæ, ad eum, veluti ad Chriſtum, oculos conuertentis!

Dicere meritò poſſit, quod olim temerè Lucifer, *Sedebo in monte teſtamenti* &c. *& ſimilis ero Altiſſimo*, ſed Altiſſimi indulgentia & gratia, non ſerui ambitu & arrogantia.

Humillimus enim hominum, ſedem (vt vulgò omnes docent) Principis & Regis *ſuper omnes filios ſu-*

Digitized by Google

ſuperbia eſt occupaturus, & manebit in vita illa ſimilis Chriſto, ratione ſtigmatũ, vti quondã in iſta.

Sic ſit vni quem Rex vult honorare.

Itaque ſtupens Cathecumenus aliquis, aut Neophytus, meritò interrogat, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?*

Reſpondet verò humilis Franciſcus, quaſi Deo modeſtè gratias agens, *His plagatus ſum in domo eorum qui me diligebant.*

Nota *in domo eorum qui me diligebant.*

Sed caue, ne ab Italis, ex quibus ille ortus, id arte factum blaſphemes.

Item, caue ab Alberi neſcio cuius blaſphemia ep.1. Alco.p.330. quam R.P.F. Henricus Sedulius amicus meus opt. & vir doctiſſimus lib.1 Apologetici ſui c.17. refert his verbis, *Quod ſi Franciſcus reuera quinque vulnerum ſtigmata accepiſſet: certè Diaboli opera & faſcinatione factum fuiſſet. At ego crediderim à monachis poſt obitum Franciſci eſſe excogitatum, in confirmationẽ & cõmendationẽ Ordinis ſui. Sic .n. ſolet Lucifer: nec aliter in omnium monachorum ordinibus regnat.*

O blaſphemiam toto mundi theatro explodendam! Non eſt hoc Diaboli opus. Nam non eſt cuiuſquam amicus Diabolus, multo minus Frãciſci. Ille ſi cui aliquo modo benefacit, vt magis noceat id facit.

1.Pet.5. *Aduerſarius veſter* ait Petrus.

Satan, id eſt, aduerſarius ferè ſolet nominari.

Alios longè amicos intelligit D. Franciſcus, cum ait: *his plagatus ſum in domo eorum qui me diligebant*, vel vt alius vertit *in domo amicorum.*

Amicos ergò hos intelligit, vel
- 1. *Angelos ipſos, eius operis miniſtros;*
- 2. *Chriſtum ita fieri iubentem, vel per ſe ſtigmata inurentem, ſpecie hominis Crucifixi;*

Digitized by Google

3. *Amorem illum ingentem, quo in Chriſtum ferebatur, partim ita promerentem, partim ita cauſantem.*

* 1. *Angelos ipſos*, id eſt Seraphicum illum Spiritum, qui illi ſpecie Crucifixi tunc adparuit.

D. Bonauent. c. 13. vitæ eius. *Cùm Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum ageretur in Deum, & compaſſiua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit crucifigi: quodam manè circa feſtum* Exal*tationis ſanctæ Crucis, dum oraret in latere montis* (Aluernæ ſc.) *vidit Seraph vnum, ſex alas habentem tam ignitas quàm ſplendidas, de cœlorum ſublimitate deſcendere. Cumq; volatu celerrimo perueniſſet ad aeris locum viro* Dei *propinquum: apparuit inter alas effigies hominis crucifixi, in modum crucis manus & pedes extenſos habentis, & cruci affixos*... Et paulò pòſt. *Diſparens igitur viſio mirabilem in corde ipſius reliquit ardorem: ſed & in carne non minus mirabilem ſignorum impreſſit effigiem. Statim namq; in manibus eius & pedibus apparere cœperunt ſigna clauorum: quemadmodum paulò antè in effigie illa viri crucifixi conſpexerat. Manus enim & pedes, in ipſo medio, clauis confixæ videbantur: clauorum capitibus in interiori parte manuum, & ſuperiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus exiſtentibus ex aduerſo. Erātque clauorum capita, in manibus & pedibus rotunda & nigra: ipſa verò acumina oblonga, retorta, & quaſi repercuſſa, quæ de ipſa carne ſurgentia carnem reliquam excedebant. Dexterum quoq; latus, quaſi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat: quod ſæpè ſanguinem ſacrum effundens, tunicam & femoralia reſpergebat.*

Angeli enim certè amici omnium noſtrum ſunt, maximè autem bonorum, quorum non vltimus Franciſcus noſter.

* j. *Cùm* enim ſummè diligant Deum, etiam amicos Dei omnes amant, & amantes Dei, & amaos Deo. Prou.

Prou. ex D. Bernardo. *Qui amat me, amat & canem meum.*

Quæcunq; conueniunt in aliquo tertio, eadem & inter ſe conueniunt, aiunt Philoſophi.

Sed Franciſcum videbant, totum ardere ſacris ignibus amoris Dei, non AEtnam illi, non Veſuuium Campaniæ montem illi ardoris magnitudine comparandos.

Videbant illum nihil cogitare, nihil loqui, nihil ſomniare, nihil inter ſomnia pronuntiare *niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.*

Veſtem primam illam vilem ſibi in domo Epiſcopi nudo datam cruce ex cæmento facta mox ſignatam. Vitam eius & omnia nil niſi crucem Domini ſui ſpirare.

D. Bonauent. c. 16. vitæ eius, *Totum viri Dei ſtudium, tam publicum quam priuatum, circa crucem Domini verſabatur.*

Itaque benè ait *qui me diligebant.*

* ij. *Morum ſimilitudo* Angelos illi, maximè Seraphinos, conciliarat.

Ciceroni in Lælio, *Similitudo morum conciliat amicitiam.*

Eidem ibid. *Virtus & conciliat amicitias, & conſeruat.*

Ibidem. *Omninò eſt amans ſui virtus, optimè enim ſeipſa nouit, quamq; amabilis ſit, intelligit.*

Sed in Franciſco videbant cognatam Angelis caſtitatem.

Videbant hominem Seraphicum, & pari ſecum ardore in Deum flagrantem.

Seraphim .n. id eſt ardẽtes, aut igniti, quo nomine ferè appellatur ordo ſupremus Angelorum, ab ardore ſuæ charitatis.

Angelum videbant in carne præter carnem viuen-

uentem, ſi non ipſis feliciùs, certè fortiùs.

Virtutes multas ſuas in illo agnoſcebant.

Itaque eum vt quandã ſui imaginem diligebant.

Omne animal diligit ſimile ſibi.

Illi ergò (id eſt vnus ex ipſis Seraphinis) eum ſtigmatis illis beatis conſignarunt.

* 2. *Chriſtum* ita fieri iubentem, vel per ſe ſtigmata inurentem ſpecie Crucifixi. Non enim ſigillum regium ceræ imprimit Notarius, niſi cum Rex iubet; nec Angelus ſigno hoc Dei viui Franciſcum ſignauit, niſi cùm Chriſtus iuſſit.

D*igito Dei viui*, ſe notatum inſinuat, quoniam eſſet factum Dei iuſſu, qui in ſancto ſe pingi ac repræſentari per Angelos, velut Curiæ cœli pictores & ſculptores maluit, quam per homines, Apellem aut Praxitelem, in tabulis ligneis aut lapideis, aut tapetis Attalicis. Melius autem cùm Bonauentura dixero, Chriſtum ipſum ſtigmata impreſſiſſe.

Sigillum ſummi Pontificis gerere, nulli niſi Pontifice dante contingit.

Sed ais : Quomodò ait de Chriſto *qui me diligebant*, cum ſcriptum ſit, *Nemo ſcit an odio, an amore dignus ſit?* Reſpondeo. Chriſtus rectè dicitur Franciſcum dilexiſſe, tùm quòd diligat omnes mandatis ſuis obedientes.

Ioa. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis.*

Tùm maximè, quòd non redamare valdè amãtem alieniſſimum ſit ab eo, qui amauit etiam nondum amantes.

Ipſe pater amat vos, quia vos me amaſtis.

Sed Franciſci incredibilem in Chriſtum amorem fuiſſe res infinitæ teſtantur: & mandatis obediſſe liquet eum, qui etiã conſilijs liberè ſe ſubiecit, & multa fecit opera ſupererogationis, quæ vocãt.

Itaq; & redamari meruit ſic amans, & diligi ſeruus tam liberalis tamq; obediens.

Dile-

Digitized by Google

Dilectus meus mihi, & ego illi, probabiliter tantum in hac vita. Denique; verba iſta ſunt Franciſci iam beati, & experientis ſe dilectum.

Ergò quoniam Amãs magis eſt vbi amat, quàm vbi animat (Cor certè auari mortui in arca aliquãdo repertum ferunt) Chriſtus in amato Franciſco ſimilitudinariè eſſe voluit.

* 3. *Amorem illum ingentem* &c.

Amorem, quo in Deum Franciſcus ferebatur, vocat amicum ſuum, quoniam hominum in Deũ amor, quamlibet purus, vix vnquam eſt ſine aliqua in ſeipſum reflexione, id eſt, non amamus Deum ſine aliqua philautia, & noſtri amore, quantumuis tenuiſſimo.

Et quia amor ille Dei & ſui benè ordinatus ità Franciſcum ſignari promeruit, iure dicit ab illo ſe amore ſiç vulneratum, vel in eius domo.

Certè; quoniam amicorum eſt, alterum alterius conatus promouere, perficere, ſupplere, Chriſti fuit D. Franciſcum ſic inuſtis ſtigmatibus ſibi aſſimilare.

Quod amantium eſſet, in res amatas ſe transformare; ſi rident, ridere; ſi æſtuant, ſudare; ſi balbutiunt, balbutire; ſi bleſi ſunt, bleſiſmum fingere, ſi claudicant, claudicare, vt feciſſe quorumdam olim Regum paraſitos legimus: Franciſcus qua qua potuit egregiè conatus eſt in omni vita Chriſtum amatum per omnia & proximè referre, crucem alacriter ferendo, opes oẽs fortiter contẽnendo, ſalutẽ animarũ zelo magno procurãdo, Chriſto crucifixo compatiendo, inſtar Chriſti ieiunando, etiam Quadrageſimas vno anno plures &c.

Ergò Chriſtum viciſſim decuit, iuuare tantum Franciſci ſtudium ſimilitudinis ſui, ſupplendo & perficiendo, per illam ſtigmatum ſacrorum impreſſionem.

Digitized by Google

Cauſæ autem finales huius impreſſionis, potiſſimæ fuerunt

1. *Teſtimonium crucis in illo interioris;*
2. *Refricatio obliterata in alijs paſſionis Chriſti.* Extulit quoddam ſignum, & quaſi faciem in Pharo &c. cuius lucē ſequuti naufragi ad portum emergerent.
3. *Ornatus Franciſci* ipſius, quaſi gerentis ſingulariter ſigillum Chriſti, inſigne & Aquilam belli Chriſtiani; & quaſi Ordinem velleris aurei &c. *Singulariter ſum ego donec tranſeam. Singulariter in ſpe conſtituiſti me.*

D. Bonauent. c. 13. vitæ D. Franciſci ad D. Franciſcum; *Eia nunc, inquit, ſtrenuiſſimè miles Chriſti, ipſius fer arma inuictiſſimi ducis: quibus munitus & inſignitus, omnes aduerſarios ſuperabis. Fer vexillum Regis altiſſimi, ad cuius intuitum omnes pugnatores diuini exercitus animentur. Fer nihilominus ſigillum ſummi Pontificis Chriſti, quo verba & facta tua tanquam irreprehēſibilia, & authentica meritò ab omnibus acceptentur. Iam enim propter ſtigmata Domini Ieſu, quæ in corpore tuo portas, nemo debet tibi eſſe moleſtus: quin potiùs quilibet Chriſti ſeruus, omni eſſe tenetur affectione deuotus. Iam per hæc ſigna certiſſima, non duobus aut tribus teſtibus ad ſufficientiam, ſed quamplurimis ad ſuperabundantiam comprobata, teſtimonia Dei in te, & per te credibilia facta nimis, omne tollunt infidelibus velamen excuſationis: dum credentes in fide ſtabiliunt, ſpei fiducia ſurſum agunt, & igne caritatis accēdunt. Iam verè impleta eſt prima viſio, quam vidiſti: videlicet quòd dux in militia Chriſti futurus, armis deberes cæleſtibus, ſignoq; crucis, inſignibus decorari. Iam in principio tuæ conuerſionis, crucifixi viſio cōpaſſiui doloris gladio mentaliter te transfigens: ſed & auditus*

ditus vocis de cruce, tanquàm de throno Chriſti ſublimi, & ſecreto propitiatorio procedentis (iuxta quod tuo ſacro firmaſti eloquio) vera indubitanter fuiſſe creduntur. Iam in tua conuerſionis progreſſu, & crucem quam vidit F. Syluester ex ore tuo mirabiliter procedentem, & gladios in crucis modum tua viſcera transfigentes, quos ſacer vidit Pacificus, teq; ſecundum crucis figuram in aere ſubleuatum, cum de crucis titulo ſanctus prædicabat Antonius, iuxta quod proſpexit Angelicus vir Monaldus: nō phantaſtica viſione, ſed reuelatione fuiſſe cælica conſpecta; verè creditur & firmatur. Iam deniq; circa finem, quod ſimul tibi oſtenditur, & ſublimis ſimilitudo Seraph, & humilis effigies Crucifixi, interius te incendens, & exterius te conſignans, tanquam alterum Angelum aſcendentem ab ortu Solis, qui ſignum in te habeas Dei viui; & prædictis dat firmitatem fidei, & ab eis accipit teſtimonium Veritatis. Ecce iam ſeptem apparitionibus crucis Chriſti, in te & circa te ſecundum ordinem temporum mirabiliter exhibitis & monſtratis, quaſi ſex gradibus ad iſtam ſeptimam, in qua finaliter requieſcis, perueniſti &c.

Nos verò (Auditores) ſi crucem Chriſti in corpore noſtro circumferre ſic non poſſumus, geramus eam in pectore ſæpè de ea cogitantes.

Feramus etiam crucem, *carnem crucifigendo cum vitijs & concupiſcentijs.*

Simus crucigeri cruciferi, Chriſtophori mortificationibus &c.

Imprimatur crux cordi, ori, & operibus noſtris.

Digitized by Google

IN FESTO OMNIVM SANctorum, Aueſnis 1608. 1. Nouembris. horâ primâ pomeridiana, in templo primate.

Thema. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Matth. 5.

CVM ſingulę beatitudines, facilè ſingulas, ac etiã plures requirant conciones, viſum mihi hodiè (Auditores &c.) vnicam adtingere, & maximè, quę eſt de Pacificis, quoniam ita diſſidijs belliſque iam pridem nunc feruent omnia, & de pace Hollandica multum laboratur à quibuſdam; à quibuſdam vel interturbatur, vel non optatur. *Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.*

Nec tamen totam concionem dare huic beatitudini explicandæ viſum eſt, ſed horam mediam;

Primum enim horâ ferè mediâ de ipſo quoque feſto agendum eſt.

Dicendũ ergò hodie mihi
1. *De feſti huius antiquitate; inſtitutore; cauſis inſtitutionis.*
2. *Qui hîc dicantur Pacifici, quanto olim ſtudio pacificationibus vacabatur.* AVE.

I.

De feſti huius antiquitate, inſtitutore, & cauſis.

Si omnia ferè, quò antiquiora, eò honoratiora; erit hoc feſtum (Auditores &c.) maximè honorandum, cùm ſit antiquiſſimum.

Vt hæretici *& cognatio eorum ſimul* de alijs feſtis dicant, *Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra*: Pſal. 73.

Thren. *Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha eius.*

De iſto tamen vno, propter tantam antiquitatẽ tquę æquitatẽ, cõticeſcent, crede, aut valde fallor. Eſt

Eſt enim anti- { 1.*Similitudine.*
quiſſimum { 2.*Eccleſiæ inſtitutione.*

* 1.*Similitudine.* Nam iam olim Ehnici *pandicularem* diem inſtituerant, quem (vt Sext. Pompeius Feſtus, vel certe Paulus apud Feſtum pag. 150. mei exemplaris refert) eundem & *Communicarium* dicebant, *in quo omnibus Dijs communiter ſacrificabatur.*

Item Romæ M. Agrippa (ille opinor, quem Cornelius Tacitus lib. 1. annal. c. 1. generum Auguſti fuiſſe memorat) *Pantheō* condidit, quaſi dicas *templum omnium Deorum.*

* 1.*Omnium* (inquam) Deorum: vel ſic dictum (vt refert Dion hiſtoricus) quod in Martis Veneriſq; imaginibus, ſub ipſo templo conſtitutis, omnium Deorum imagines effictæ erant.

* 2.*Vel; quod* templum ipſum rotundum ſit cœloq; perſimile, & ſic quoque omnium Deorum habitatio cenſeatur.

Eſt enim ſane rotundum tam muris, quàm fornice, artificioſiſſimè ſine vllis columnis inſtar orizontis totum ædificium operiente, & lucem vnâ tantum parte, è meditullio ſui ſcilicet, ſufficientem tamen admittente. Intraui ego aliquando, & vidi ego qui hæc ſcribo, inter innumera illa veteris Romæ mirabilia, & pœnè mundi miracula.

* 3.*Vel, quod* ſummum ſit & ſummi Deorum. Nã παν ſignificat omne (quod ſane in ſimilibus ſæpe ad ſummum ſpectare ſolet) & θεῶν Deorum Vnde Pli. lib. 36. c. 19. *Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum fuit.* Item lib. 34. c. 3.

* 4.*Vel, quod* Dijs ęque omnibus vnà colendis ſit dedicatum. Durandus li. 7. rational. c. 34. *Cum ſingula idola Romanorum Romæ templum habere non poſſent, Romani vnum templum in honorem Cybeles matris Deorum*

Deorum, & omnium Deorum ipſorum fecerunt.

D. Leo ſer. 1. in nat. Apoſtolorum Petri & Pauli. *Roma ignorans ſuæ prouectionis auctorem, cum pœnè omnibus dominaretur Gentibus, omnium Gentium ſeruiebat erroribus: & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem.*

Singulis pœnè ſingularum Gentium Dijs Deabusq; & fana & ſacra faciebat, nec ſibi ſatisfaciebat, quoniam ante expugnationem vrbium ſolebant Deos tutelares inde euocare ac noua templa promittere, vt deſertos à dijs ſuis ciues facilius ſubiugarent. Sic Roma pœnè tota vnum templum erat, ita templa templis iungebantur. *Roma domus fiet*; ait Poeta.

Itaque, vt ſpatio, vt agro, vt ſumtibus ſtruendorum templorum parceretur, neque Deorum quiſquam (quos putabāt) meritò quæri, contemtum ſe & incultum, poſſet; credibile ipſos Pantheon omnium Deorum condidiſſe, pandicularem diem inſtituiſſe, quo ſimul & ſemel ſacra fierent vniuerſis.

Tros. Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur. 1. Aen.

2. *Eccleſiæ inſtitutione*; Nam Phocæ temporibus, qui Romanorum fuit Imperator ſub annum ſalutis 606. à Bonifacio 4. eſt primum inſtitutum hoc feſtum.

Polydorus Vergil. li. 6. de Inuentione rerum c. 8. *Feſtus* (inquit) *dies communiter omnibus Sanctis, Bonifacij* 4. *decretum fuit. Is enim Pantheon, vetuſtum M. Agrippæ opus, Diuæ Mariæ Virgini atque Diuis omnibus, Phocæ Imperatoris permiſſu, ad* 4. *Iduum Maij, ſacrauit, excluſoq; malorum dæmonum cultu, quorum ſimulacra plura hic numeroſi fuerunt, totum expiauit. Gregorius deinde quartus fertur autor fuiſſe, vt id ſacrum Calendis Nouembris celebraretur.*

Non

Non Rei, ſed Temporis facta ab illo mutatio eſt.

Durandus lib. 7. Rational. c. 34. *Gregorius. 4. hoc feſtum tranſtulit ad Kalendas Nouembris, vt tunc collectis terræ frugibus conuenienter ad hoc feſtum poſſent copioſius victualia inueniri.*

Cauſæ autem inſtitutionis hæ præcipuæ:

- *1. Ne Diuorum quiſquam neglectus videretur.*
- *2. Vt omiſſiones præteritæ reſarcirentur.*
- *3. Vt tum Deus totâ vi velut expugnaretur.*

* 1. *Ne Diuorum quiſquam &c.* Sanctorum enim ex hominibus infinitus eſt numerus, tàm eorum qui Chriſtum præceſſere, quam qui ſucceſſere.

Durandus lib. 7. Rational. c. 1. refert, Conſtantinum Imp aliquando partes tranſmarinas petentem, cũ fortè Euſebium Cæſareæ Epiſcopum ſanctiſſimũ inueniſſet, dixiſſetque ei, pereret à ſe vnde eius Eccleſia ditaretur, ſolicitatum ab eodem Euſebio, non de opibus augendis, quibus ſatis iam tum Eccleſiam ſuam abundare aiebat, ſed dumtaxat mitteret Imperator per orbem vniuerſum, quà quà eius patebat potentia, qui nomina Sanctorum; Tempora paſſionum; Nomina Tyrãnorum ſub quibus paſſi; Genera ſuppliciorum quę pertuliſſent; ſed & locorum, in quibus omnia contigiſſent, diligentiſſimè deſignarent atq; ad ſe perſcriberet, atque ita factum.

Refert autem idem Euſebius, hac collectione certior factus, quolibet anni die, iam tum ſuo tempore, plurium quam quinque milium, Sanctorum feſta concurriſſe, vno Calendarum Ianuarij die excepto, quo ſcilicet Ethnici epulis & ſolenni-

tati-

Digitized by Google

ra tibus ſuis intenti, à cruciandis Chriſtianis abſti-ne ant.

D. Hieronymus putat ſupra quinque milia martyrum quouis die concurrere.

Si tantus iam tum Diuorum, ſeu Martyrum, ſeu alterius generis, numerus fuit, quanto nunc maior quotidie nouis ſuccreſcentibus?

Quot deinceps Sanctos quilibet probatus Ordo, ſeu is Benedicti, ſeu Bern. ſeu mendicantiũ, ſeu quiuis alius, imò & ipſe Laicus ſtatus, generarunt? Et quidem de notis ex nomine illi loquebantur, & nos cum ipſis.

At quam multi, & tùm & modò in cœlo regnãt, quorum nomina neſciuntur, imò de quibus an vixerint, ignoratur?

Et de quàm multis, etſi nomina ſciuntur, an beati ſint dubitatur, qui tamen fortè imprimis ſunt beatiſſimi, & apud Deum ſunt præcipuæ auctoritatis?

Tatianus hæreticus de Adami & Euæ ſalute malè ſenſit.

R. P. Corn. Muſſus ſer. de omnibus SS. pag. 713. probat ſaluos.

De Salomonis ſalute tota problematica eſt quæſtio. *Vide librum Ioannis Cognati, de proſperitate & exitio Salomonis.*

Quã multi vet. teſtamẽti patres nullo priuo feſto à nobis colũtur? vt Abel, Iuſtus Chriſti ore pronũtiatus; vt Enos primus inuocandi nominis Dei autor; vt pater fidei noſtræ Abraham; vt Iob amicus Dei ſingularis. &c.

Apoc. De ignotis eſt illud; *Poſt hæc vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus &c.* Tot colendis peculiari feſto quis annus ſufficiat? non ille (opinor) Platonicus, & longiſſimus.

Ducen-

Digitized by Google

Ducentorum denariorum panes, id eſt, ducentorum annorum dies, *non ſufficiant, vt modicum* vel vnum diem *quiſque accipiat*.

Ergò ne vllus contemni videretur, rectè vnus omnibus decretus dies.

Act. 17. Vt olim Athenis ara fuit inſcripta, *Ignoto Deo*, ad tempora D. Pauli ſuperſtes; ſic non malè nunc dies ſacra cuiuis *Ignoto ſancto*.

Pauſanias in Atticis inſcriptionem addit plurali numero, θεῶν ἀγνωςῶν. Cauſam autem & originem eius rei ſic explicat Laertius in Epimenide lib. 1. *Athenienſes, quum aliquando peſte laborarent, reſponſo à Pythiâ accepto, vrbem expiari oportere; Niciã Nicerati filium naui miſere, Epimenidemqúe ex Creta aduocãrunt. Profectus Olympiade 47. luſtrauit vrbem, peſtemq́; compeſcuit, hoc modo: Sumſit oues nigro & candido vellere, duxitqúe in Arium pagum, atque inde quò vellent abire permiſit, his qui illas ſequebantur mandans, vbicunque illæ accubuiſſent, ſingulas mactarent peculiari cuipiã Deo: atque in hunc modum quieuit lues. Ex eo iam hodiequé per Athenienſium pagos, aras ſine nomine inueniri certum eſt, in eius, quæ tunc facta eſt, expiationis memoriam.*

Ignotorum ſaltem duorum hic dies ſit.

Ex Angelorum tot milibus, quàm pauculos nouimus! quam pauci feſtis honorãtur! Vnus, credo, S. Michael proprium habet feſtum.

Haymonis ſenſo, de Angelis meritò dixeris: *Si cui creaturas ſpiritales daretur oculis cernere, videret eas in aere ebullire, penè ſicut minimos atomos in ſolis ſplendore.*

Ergò, cùm ſingulis ſinguli feſti dies, quouis anno, eſſe non poſſint, conuenientiſſimè vnus decretus vniuerſis, ne quenquam præteriiſſe videamur.

* ij. *Vt omißiones* præteritæ reſarcirentur.

Quo-

Quotuquiſque enim eſt, qui non aliquo anni feſto delinquat, vel per
- 1. *Ignorantiam?*
- 2. *Negligentiam?*
- 3. *Occupationes importunas?*

* 1. *Ignorantiam*; Vt cùm abeſt quiſpiam à concione & edicto Paſtoris ſui, quo ſolent feſti Diuorum dies, aut Vigiliæ publicari &c.

Aut, cùm obliuio publicati feſti mentem fortuitò occupauit.

* 2. *Negligentiam*; vt cùm lentè & frigidè, & velut obiter celebrantur; vt eſt interdum animus, deuotioniſque ille ſpiritus in nobis dormitans.

Etiam *quandoque bonus dormitat Homerus*, Horat. in arte.

Et *opere in magno fas eſt obrepere ſomnum*. Ibid.

Matth. 25. *Moram faciente ſponſo*, etiam *prudentes virgines* cum fatuis *dormitauerunt*, *& dormierunt*.

Chriſto orante, Apoſtoli quoque, imò & Petrus ipſe, ſemel iterumq́; iuſſi orare, & allata ſerio orandi cauſa, & tempore maxime huc vocante, tamen dormierunt.

Sæpè fit *opus Domini negligenter, vel fraudulenter.*

Iſai. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.*

Spiritus quidem promtus eſt, caro autem infirma.

Sap. 9. *Corpus quod corrumpitur, adgrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

* 3. *Occupationes importunas*, ſeu muſcas ſacrificio Abrahæ interuolitantes.

Dominico, aut feſto alio die, contingit nūdinas hic aut alibi eſſe, quo die niſi venditur aut emitur, fruſtra poſtero laboretur, Itaq; ſæpè neceſſitate velut

Digitized by Google

lut à lege diſpenſante, regnum Dei vel negligitur, vel perfunctoriè quæritur.

Hoc die ergò voluit Eccleſia reſarciri, refundi, & quod dilatum eſt non omninò auferri.

Itaque præcipuè colendus hic dies, & quià multis ſacer, & quià emendatio eſt cæterorum.

Non ſit lima vltima, aut retractatio, ipſa tractatione negligentior.

D. Bernard. initio ſerm. 1. de omnib. SS. *Si ſolennitas vnius Petri vel Pauli &c. dignè celebranda, quantò dignius illa quæ vniuerſorum?*

* iij. *Vt tum Deus tota vi* velut expugnaretur, vt velut irruptione quadam generali totius exercitus Sanctorum facta, quod petit, impetret Eccleſia. *Fit via vi.*

Oratio diei inſinuat, dicens; *Quæſumus, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercesſoribus largiaris.*

Impoſsibile eſt multorum preces non exaudiri. D. Hierony.

Multum quidem valet deprecatio iuſti, vel v... rius. Moyſes ſolus apud Deum intercedens ne populum tripudiatorem & idolatram deleret, tantùm potuit, vt diceret illi Deus. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus* &c. quaſi vinctum teneret homo Deum.

Multa impetrant, nunc B. Mariæ, nunc alterius Sancti priuatæ intercesſiones quidem: at ſæpè ſunt crimina hominum tanta, aut res tantæ molis, quæ poſtulantur, vt ab vno DEVS exorari non poſſit.

Omnes igitur Eccleſiæ triumphantis ſanctos ciues Eccleſia militans hodiè precatur pro ſe intercedere, vt exoret, imò pœnè vt extorqueat.

Digitized by Google

Interceſſio vnius, huius vel illius, vel paucorum Diuorum, duella tantum ſunt, & velitationes militum leuis armaturæ; at hodierna omnium, eſt certamen quoddam & prælium totius equitatus ac peditatus, totum robur belli Chriſtiani, quo pœnè impoſſibile eſt Deum ipſum non vinci, aut flecti. *Ilicet obruimur numero.*

1. *Reg.* Saul Ionathæ filio, qui mel contra Regium edictum in prælio guſtaſſet, ægrè parciturus mortem deprecanti, pepercit tamen, Tribunis, Centurionibus, atque vniuerſo exercitu ſupplicium deprecante.

An fortè DEVS Saule inurbanior, qui tot Diuis ſimul ſemelqúe interceſſoribus aliquid neget, aut pati repulſam velit?

Sed de Feſto nùnc ſatis.

I I.

Qui hic dicantur Pacifici, quantoqúe olim ſtudio pacificationibus ſtudebatur.

Iàm (ſi libet) ad Euangelij particulam iſtam, *Beati pacifici* &c. veniamus.

Quos igitur putatis (Auditores) hic intelligi per Pacificos? *Beati Pacifici* &c.

* *An Pacatos*, id eſt, nemini bellum inferentes, à nemine etiam patientes? Minimè verò.

Quanquam non parua ea beatitudo eſt hominis, ſeu priuati ſeu Regis, cum omnibus, ſeu ſubditis, ſeu vicinis pace alta frui, quali quondam pacificus ille Salomon gaudebat, cuius tempore nullus Satan in circuitu, quæ res templi ædificationem valdè promouit. *In pace factus eſt locus eius.*

Ea res non parum hic beat, ſed & magnum futu-

Digitized by Google

futuræ beatitudinis indicium eſt.

Pſal. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c? Qui non egit dolum in lingua ſua: Nec fecit proximo ſuo malum: & obprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.*

Faxint, Deus Diuiq; omnes, vt Sereniſſimi Belgij noſtri Principes poſſint vel tandem hac beatitate gaudere, pace iam tot annos exule, poſtliminiò reuertente!

* *An Placidos*, id eſt, homines animi orisq; tranquilii, nullum neque verbo, neq; facto, neq; geſtu vllo lædentes?

Nec hos quidem putem. Quamuis & magnum hoc Dei donum, & ad pacem ſeu fouendam, ſeu iam læſam inſtaurandam, adiumentum.

Reſponſio mollis frangit iram.

Paucorum eſt iſta humanitas, & (vt ſic dicam) iſta agneitas, vt verè poſſint cum Dauide dicere; *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus*. Pſal.

Et; *Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio*. Pſal.

Dura frangit fulmen, cuius vis mollibus hebetatur.

Quos ergò inquis putes intelligi? Dicam. Curatores atq; effectores pacis; ſtudioſos reconciliandorum diſcordium, ſeu Regum, ſeu Populorum, ſeu priuatorum. μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ *beati pacificatores, autores pacis* &c. qualis nuper Generalis Ordinis noſtri R. P. F. Bonauentura à Calatagirone Henric. IV. Gallorum, & Philippi II. Hiſpaniarum pacificator; qualis nunc & R. P. F. Ioannes Neyen etiam Ordinis noſtri, quem tot itineribus frangi auditis, vt Hollandos cum legitimis Dominis conciliet. Faxit Deus Opt. Max. perficere vt tandem poſſit!

Si nuntios pacis ita prædicamus, *Quàm pulcri ſunt pedes annunciantis pacem, euangelizantium bona:*

Si columbam illam Noaco afferentem ramum oliuæ paciferæ, ſignum pacis, neſcio quomodo libenter audimus nominari: *Geneſ.*

Si erga oliuam ipſam non tam paciferam, quam initæ iam pacis ſignum, neſcio quo modo aliter afficimur, quam erga reliquas arbores; cur non magis amemus homines ipſos Pacis autores?

Chriſte face æternos Pacem Paciſquè miniſtros.

Vide Dedicatoriam Codri mei Euangelici ad eundem R.P. Ioannem Neyen, editi poſt perfectas illas ſeu Paces ſeu Inducias.

Eiuſmodi autem operæ precium videte *Filij* (inquit) *Dei vocabuntur*, id eſt, Filij Dei cenſebuntur. *Si Filij Dei; & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* Chari erunt Deo, vt filij.

Filij Dei; Patris quidem, qui *non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis*, ſed vnionis, & Concordiæ.

Filij Dei; Chriſti ſcilicet, Dei & hominis, cui non modò ſimiles illi ſunt natura totoquè vultu, quà homo eſt, ſed & imitatione operis, quod hic fecit præcipuum, quà homo ſimul & Deus, *pacificans ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt*. Coloſſ. 1.

Ipſe *Princeps pacis*. Iſai.

Ipſe eſt *pax noſtra*;

Ipſe *lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum.*

Ipſe gluten, ipſe filum, quo conſuimur & compalamur homines cum Deo, & Angelis, & hominibus.

Ipſe *qui habitare facit vnius moris in domo*, in cuius ortu Pax prænunciata, in cuius Occaſu, perfecta, in cuius Reſurrectione publicata.

Legatio eius è Cœlo in Terras, tota pacifica-

toria

Digitized by Google

toria illius belli antiqui ingentiſqúe fuit, quod Adam Dei diplomatis rebellando, inchoarat.

Hoc bello, Adamum & nos in illo Deus de poſſeſſo iam paradiſo exegit, exacto portam clauſit, ante portam ſtationem *collocauit, Cherubim* ſcilicet, *& flammeũ gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Geneſ. 3. acceſſuqúe regni ſui cœleſtis interdixit.

Sed Chriſtus vnus ac ſolus omnia morte ſua pacificauit, & omnia belli ſpolia cum vſura reſtituit,

Tu mihi quodcumq; hoc regni eſt, tu ſceptra Iouemq;
Concilias, tu das epulis adcumbere Diuûm. Virgil.1.AEneid.

Diuus Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini in monte. *Et vtique filij ſimilitudinem patris habere debent.*

Si filij Chriſti, genuiniqúe Chriſtiani haberi volumus, nos pacificos & pacificatores eſſe oportet. Ea res maximè facit filios Dei & Chriſti, quoniam vnum totumqúe CHRISTI ſtudium, Pacis fuit, Pacis inquam hominum cum Deo ſuo: & Pacis hominum ipſorum inter ſe.

Pacem ſuis quoties! & quàm diligenter commendauit! Deus bone!

Vt Demoſtheni Actio, Actio, Actio, ſemper in ore; Iohanni Euangeliſtæ charitas, charitas, diligite alterutrum, diligite alterutrum: ſic Chriſto pax ſemper in labijs.

Sed contra inquiat aliquis;

Matth.10. *Nolite arbitrari* (ait ipſe de ſe) *quià pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum*

aduerſus ſocrum ſuam , & inimici hominis domeſtici eius.

Luc.14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam , non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Iſai.... *Ecce Dominus aſcendet nubem leuem, & ingredietur AEgyptum, & mouebuntur ſimulacra Aegypti à facie eius, & concurrere faciam Aegyptios contra Aegyptios*, his ſcilicet contra fidem, illis pro fide dimicantibus.

Id autem quid eſt, niſi bella pluſquam ciuilia ſerere?

Et quiſquam talem turbinem, pacificatorem, & eius filios ſeu imitatores, Pacificos iure appellet?

Reſpondeo igitur aliter atq; aliter.

* *Primò*, Eſſe multiplicem pacem.

* *Primò*; Eſſe pacem quandam malorum, ſeu potius quandam pacis imaginem, qua ſcilicet conſpiratur in malum; qua, in perſequendo Chriſto, & virtute exterminanda, Pilatus & Herodes amici fiunt.

* *Secundò*; Eſſe pacem hominum inter homines, ratione cognationis, & naturæ.

* *Tertiò*; Eſſe etiam Pacem Vrbanitatis.

* *Quartò*; Eſſe pacem bonorum inter ſe, imò & cum reprobis ſtudio Virtutis.

Cùm ergò dicimus, Chriſtum eſſe principem pacis, intelligimus de pace ratione cognationis, vt quià frater ille aut pater noſter eſt, cum eo pacem habeamus; item ratione naturæ, vt quià homo eſt ſimilis nobis, cum eo conueniamus; item ratione vrbanitatis, vt quià eiuſdem nobiſcum eſt municipij ac ciuitatis, vnanimes cum illo tam in Reipub.

quàm

Digitized by Google

quàm priuatis negotijs ſimus; ac denique, & quidem maximè, de pace Bonorum cum bonis ratione Virtutis, vt quià hic aut ille, vir bonus eſt, illi adhæreſcamus, nunquam ab eius vel latere vel opinione diſcedamus; item Bonorum cum reprobis, ſtudio tantæ Virtutis colendæ, cum ſcilicet reprobi nil iniquum volunt.

Cùm verò ſe ipſe dicit *mittere gladium, & ſeparare* maximè coniunctos à coniunctiſſimis, intelligendus eſt loqui de Pace malorum, de malorum ſocietate & coniuratione, à qua ſuos auocare ſtudeat, & hortetur etiàm cum vitijs ſuorum bellum habere, cupiens tamen ſemper cum ipſa natura eſſe bonam & altiſſimam pacem.

An hoc contra officium Pacificatoris?

Quid aliud volunt boni Philoſophi omnes? Tendimus & nos hùc omnes noſtris concionibus.

D. Gregor. homil. 27. in Euang. *Sunt nonnulli qui diligunt proximos, ſed per affectum cognationis & carnis, quibus tamen in hac dilectione, ſacra eloquia non contradicunt: Sed aliud eſt, quod ſpontè impenditur naturæ, aliud quod præceptis Dominicis ex charitate debetur obedientiæ.*

Idem homil. 37. in Euang. *Si vim præcepti perpendimus, vtrumq; agere per diſcretionem valemus, vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti ſunt, & quos proximos nouimus diligamus; & quos aduerſarios in via* Dei *patimur, odiendo & fugiendo neſciamus.*

D. Anſelmus in c. 10. Matth. *Nulla enim pacis iura apud eos cuſtodiri poſſunt, inter quos eſt fidei bellum.*

* *Secundò*; Nomen Patris, etiam aliquo modo conuenire Diabolo, cum quo bella ſerere & gerere, laudabile eſt.

Diuus Anſelmus in 10. Matth. *Poſſumus* inquit,

Digitized by Google

& patrem Diabolum *intelligere , cuius aliquando filij e-ramus, non illo creante, ſed nobis imitantibus, ſicut* Dominus *Iudæis improperabat. Vos ex* Diabolo *eſtis.*

Diuidere autem homines, ſeu auellere à Diaboli vel amore vel ſeruitute, non eſt opus à Filio Dei pacificatore noſtro alienum, quin potiùs, ſine hoc vno ipſo ſtudio, totam pacificatoriam eius legationem vanam eſſe oportebat, cùm Deo reconciliari nemo ante poſſit, quàm Diaboli partes & ſigna deſeruerit. *Nemo enim poteſt duobus* Dominis *ſeruire,* ſed oportet *vnum odio habeat & alterum diligat, aut vnum ſuſtineat & alterum contemnat.* Matth 6.

Pacificator igitur nihilominus eſt Chriſtus, quamlibet gladio verbi ſui atque Euangelij, homines probos vel à malorum ſocietate, vel à Diaboli ſeruitute diuidat.

Itaque & filiorum eius nomine rectè cenſentur, qui pacifici ſunt, & componendarum inter alios diſcordiarum ſtudioſi.

Sed verò, ſi Chriſti ipſius oraculo veraciſſimo *pacifici Filij* Dei *vocabuntur*; veſtram fidem! eccuius quæſo filios appellabimus, illos malè feriatos diſcordiarum ſeminatores inter fratres, inter coniuges? illos bellorum incentores inter populos, inter ipſos Reges? Nonne Diaboli, qui non eſt autor pacis ſed diſſenſionis? qui *primus poſuit in cœlo bellum, in paradiſo peccatum?* &c.

Inſtigatoribus iſtis, & linguis iſtis tertijs, quæ multos commouent, an non iure dixerimus, *Vos ex patre* Diabolo *eſtis,* qui *opera eius perficitis?*

Iſtos pacis Belgicæ, quæ nunc tam ardenter, tot votis tot pauperum optatur; tanto ſtudio, tantis itineribus à Frāciſcano illo adcuratur, inimicos, atq; interturbatores, iſtas belli faces, & incētores, cuius alius

alius,quàm Caini,quàm Inferni , quàm diaboli progeniem nuncupemus?

Lege enim contrariorum , ſi vnum facit filios Dei,alterum facit filios diaboli.

O vtinam de his dicens,ab ipſis quàm beatè effuſi ſunt exaudiri poſſim.

Reſipiſcāt illi,obſecro,& videant,quantò melius ſit,inter filios Dei, quàm inter genimina diaboli, cenſeri.

Videant verò etiam,quanto ſtudio veteres Sancti pacificare diſcordes conati ſint.

Pacificationibus ſtudendum dicunt
- 1. *Exempla Diuorum;*
- 2. *Exempla Ethnicorum;*
- 3. *Aeſtimatio pacificorum.*

* 1. *Exempla Diuorum*,qui in ſcripturis, cùm maximè laudantur, *Pacificantes in domibus ſuis* adpellantur.

Sanctus Telemachus, quum Romæ in amphitheatro gladiatores ſpectaret , mutuis ſe vulneribus conficientes,in arenam amenti ſimilis proſiliiſſe legitur,& medius inter illos,alternis vtrumque complectens,exclamâſſe,Quid facitis fratres? quæ cauſa eſt tantæ diſcordiæ?

Laurent.Surius tomo. 3. refert *Vbaldum* Eugubinæ vrbis Epiſcopum , cùm ciues ſuos in ſeditionem verſos verbis placare non potuiſſet,iamq́ ad arma concurſum eſſet,*inermem inter tela, ſtrictosq́ mucrones irrupiſſe,ſeſeq́ humi prono corpore proſtrauiſſe* , *donec illi ſaucium rati*, *mutua odia in vnius miſerationem conuertiſſent.*

Quam fuerit D. Auguſtinus pacificandorum D. Hieronymi & Ruffini ſtudioſus cupidusq́ , ex his ipſius verbis epi. 15. intelligere eſt: *Heu mihi*,inquit, *qui vos alicubi ſimul inuenire nō poſſum,fortè vt moueor, vt doleo,vt timeo,procideres ad pedes veſtros , flerem quan-*

quantum valerem, rogarem quantum amarem, nunc vnumquemque veſtrum pro ſeipſo, nũc vtrumque pro alterutro, & pro alijs & maximè infirmis, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, qui vos in theatro vitæ huius cum magno ſui periculo ſpectant: ne de vobis ea ſcribendo ſpargatis, quæ quandoq; concordantes delere non poteritis, qui nunc concordare nolitis, aut quæ concordes legere timeatis ne iterum litigetis!

Conſtantinus ipſe Magnus, in Concilio Nicæno, aliquoties Patres ipſos ad mutuam inter ſe concordiam incitauit.

* 2. *Exempla Ethnicorum.* Quid enim Chriſtianos commemoro?

Crates ipſe Thebanus, homo Ethnicus, ſolebat edes eas ingredi quæ diſcordijs laborarent, & contentiones verbis pacem ſuadentibus conſopire. *Ex Greg. Presbyt. in vita Nazianz.*

Neſtor ille homo & prudentiſſimus quia annoſiſſimus, & eloquentiſſimus, apud Homerum totus in reconciliandis Principibus Agamemnone & Achille, de rapta Bryſeide implacabiliter contendentibus verſabatur.

Thrax quidam & Barbarus, vtrimqúe ad auxilium & partes ſolicitatus, à Græcis Phrygibuſqúe, bello Troiano, quum belli originem cognouiſſet, vtrorumque iudicia damnauit, teſtatus, ſe non videre, quid opus eſſet armis ad eam cauſſam; illud eſſe promtius ac verius, vt Paris Menelao vxorem Helenam redderet, ſe Paridi, (ſi tàm in fœminas inſaniat) vel decem miſſurum puellas formæ exquiſitiſſimæ, & per gentes raræ.

Ephori Lacedemoniorum Magiſtratus, Patrẽfamilias aliquando multarunt, quod fratres duos, filios

filios ſuos, paſſus eſſet litigare. *Plutarch. tom. 2. moral.*

* 3. *Aeſtimatio pacificorum.* Hic audis ex ore ipſius Chriſti quoniam *filij Dei vocabuntur*.

An parùm eſt cuiquam, filios Dei poſſe fieri & cenſeri, cùm vt magnum quid aliqui iactent, filius ſum Regum antiquorum?

An non maius dicere poſſe, non vt quidã falſo, ſed reuera, *Et migenus ab Ioue ſummo?*

Qui filiam Dei dixit, vno verbo pelagus benedictionum intellexit.

Videte, qualem dignitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & ſimus.

Magno emiſſet Alexander Magnus, ſe filium Iouis haberi & appellari.

Studium pacificandi, quam faciat quemq; Deo charum, indè videre eſt, quòd Paſnutio Abbati in ſolitudine vitam agenti aliquando reuelatum eſt, quendam Heracleæ ciuem ſibi vitæ meritis parem eſſe, etſi & vxorem, & filios haberet. Quęrens enim illum Paſnutius, inuenit, poſt ſecundam ſuſceptam prolem, Caſtitatem cum vxore ſeruare, Iuſtitiæ ſtudere, Pietatem colere, & hoc præcipuè pro more habere, vt ſi quos inter ſe odio diſtractos cognouiſſet, continuò in gratiam reducere niteretur. Ex *Pallad. hiſt.* 64.) Itaque cura, in reconciliandis aliorum animis indignationibuſque leniendis, poſita, vrbanum hominem dignum fecit, qui ſanctis Eremi cultoribus æquaretur.

Huc igitur tendamus Chriſtiani omnes, maximè Sacerdotes; nec ſatis putemus officio factum, ſi pacati & placidi ipſi ſimus; niſi & alios quoque ſerenare & pacificare (ſi quos turbidos

aut

aut turbatos ſcimus) pro virili laboremus.

Beati Pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

Sunt verò & alia quoque genera pacificorum, atque hac quoque filiorum Dei.

Pacifici etiam dici poſſunt
- *1. Sacerdotes pij, & optimus quiſque ex Laicis ipſis;*
- *2. Prædicatores pœnitentiæ;*
- *3. Pœnitentes omnes.*

* j. *Sacerdotes*, & optimus quiſque &c. qui ſcilicet vi orationum, & meritis vitæ ſanctæ; Deum mundo placant.

Eccl. 44. *Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.*

* ij. *Prædicatores*, qui ad pœnitentiam, qua pax cum Deo noua ſancitur, seriò hortantur.

* iij. *Pænitentes omnes*. Per pœnitudinem enim cum Deo irato reditur in gratiam.

Sed temporis anguſtia nunc præcluſi, iſta in aliud tempus reſeruemus &c.

DE S. HVBERTO, LEODII 1603. 3. Nouembris, in ipſo S. Petri, vbi primum quieuit ipſius S Huberti corpus.

Them. *Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos.* Hierem. 16.

Dicendum hodie mihi
- *1. De S. Huberti venatione; & quid S. Hubertus profuerit Leodienſibus;*
- *2. An venatio ſit licita;*

3. *De venatorum varijs generibus* { *1. Cauendis;* *2. Tolerandis;* *3. Optandis.* AVE.

I.

De S. Huberti venatione; & quid profuerit Leodienſibus S. Hubertus.

Prouerbio gall. dicitur; *En la Court, en l'Amour & en la Chaſſe*

Iamais l'on n'a ce qu'on pourchaſſe; id eſt, Aulicorũ Amantium, & venatorum ſæpè irriti ſunt conatus. *Num capti potuêre capi?*

D. Huberto id ſanè contigit; Nàm prædas captans, ipſe captus eſt, ſed fœlici tamen captiuitate. *Va qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis?*

Cùm enim is Bertrandi ducis Aquitaniæ filius, & ob perſequutionem neſcio cuius Tyranni, in Auſtraſiam, ad Pipinum confugiſſet, & in Paręcia Tũgrenſi habitaret, adhuc homo Ethnicus, egreſſus aliquandò, venãdi ſtudio, ceruum habuit obuium, inter media cornua Chriſtum crucifixum illi repræſentantem, cuius adloquio captus eſt, & ad D. Lambertum miſſus inſtruendus, futurus non iàm amplius venator ferarum, ſed hominum, vti olim Apoſtoli ex piſcatoribus piſcium facti piſcatores hominum.

Act. 9. *Ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.*

O fœlicem illam D. Huberto venationem, qua captans feras ipſe Chriſto captus eſt!

Quis mihi det ſic venari, & ſic capi!

Profectus autem aliquandò Romã pietatis ergò, à Sergio Papa vel inuitus creatus eſt Tungrenſis Epiſcopus trigeſimus audita ſcilicet Romæ D. Lamberti prædeceſſoris eius morte, anno 698. mortuusq; eſt ipſe anno 730.

Venator

Venator ergò iam hominum effectus, cœpit ſeduló venari, ſubditorum vitia, hæreſes, idolatriam, ad corrigendum ac puniendum, nobilibus planè digna venatione, qui Lupos leonesq; venantur, non vt comedant, ſed occidant.

Hercule planè dignus hic labor monſtris orbem liberare, Augiæ ſtábulum repugnare.

Hierem.16. *Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos.*

Hieron.ſ. Hier.15. & ep.ad Damaſ.q.3. de prædicatoribus intelligit.

Brabantinos cumprimis Idolatricis cultibus repurgauit.

Eburonibus autem ſiue Leodijs variè profuit
- 1. *Epiſcopatus translatione;*
- 2. *Sigilli publici inſtitutione;*
- 3. *Regimine optimo.*

* *1. Epiſcopatus translatione*. Nam D. Lamberti corpus ad Leodienſes referri curauit, apud quos is ſacra hoſtia immolatus fuerat, & Tungrenſem Epiſcopatum Leodienſem dici fecit. Sed, & Sedem regni fecit Leodium, ex qua vrbes reliquæ penderent.

Duplex eſt hoc boni genus
- 1. *Honorabile*, Epiſcopatu erecto Leodij;
- 2. *Honorabile & vtile*, allato illuc reliquiarũ S. Lamberti theſauro; & primatu vrbium illic conſtituto.

* 2. *Sigilli publici inſtitutione*, in quo ſculpta imago S. Lamberti, & hæc circumſcriptio, *Sancta Legia Romanæ Eccleſiæ filia*, vti refert Magnꝰ Baronius in Martyrol.17. Nouẽb. ex Molano in Indice Sanctorũ Belgij, vbi addit Baronius: *Reuera quidẽ, quod ad fidẽ Catholicã pertinet, caſta & pudica, quæ ſemper ſanctæ matris ſectata veſtigia, nulle vnquam hæreſeon eſt fœdata contagio. Imò hiſce ærumnoſis temporibus noſtri ſæculi, cum hære-*

hæreſum alluuiones Gallias inundarunt, nō ſolū nullis valuit obrui fluctibus, ſed ſtās conſtantiſſimè, ex aduerſo opposuit ſe pro muro domui Iſrael, facta forma (vt de Theſſalonicenſi Eccleſia ſcribit Apoſtolus) omnibus credētibus; cunctiſque circumpoſitis regionibus illuſtre edidit ſeruandæ atque tenendæ religionis exemplum. Hæc ibi.

Notate, chari Leodienſes mei, & hoc eſtote ſemper quod dicimini.

Adfixit certè S. Hubertus hoc ſigillo vobis neceſſitatem duplicem { *1. Bonorum morum;* *2. Conſtantiæ in fide, & obedientiæ* Eccleſiæ *Romanæ.* }

* j. *Bonorum morum*, cū ſcripſit *Sancta* Legia, quod nomen eſt ciuitatis Hieruſalem. Matth. 5. *in ſanctam ciuitatem &c.*

Neceſſe eſt Leodios eſſe probos, *ſicut decet ſanctos*, aut ſigillum ſuum eſſe mendax.

Vt turpe, ſi quis Muſicū profeſſus aut medicum, nec cantare, nec mederi ſciat:

Turpe apothecas præ ſe ferre ſyrupos, aromata, & continere toxica: ſic pudendum foret Eburonum populo ſingulis ſuis literis ſe ſanctum profiteri, & tota vita profanum eſſe.

* ij. *Conſtantiæ in fide Rom.* Frangendum erit ſigillum veſtrum, & inſtrumenta maiorum veſtrorum hoc ſigillo autorata reſcindenda erunt, quamprimum recedere continget, à priſca fide, quod Deo dante non vereor, cum Hæreticis circumſepti ſteteritis hactenus inuicti.

* 3. *Regimine optimo*, cuius nunc ſuperſunt tam illuſtria veſtigia. Georg. Macropedius in Epiſtolicis. *Reſpublica Leodienſis propter equeſtris ordinis dignitatem, & modeſtiam, magiſtratus eruditionem & prudentiam, plebiſque totius concordiam, ſimplicitatem, & in rebus manuarijs diligentiam ul-*

pulcherrimè exornatur, adminiſtratur & viget. Et nè clerum noſtræ ciuitatis pulcherrimum decus prætereã, tãta eſt ei cum populo Leodino ſocietas & vnitas, vt maiorem non quæras &c.

II.

An venatio ſit licita.

Venatio in Scriptura fere in malam, piſcatio in bonam partem accipitur.

Venatores plerique illaudati:
- 1. *Lamech*, qui bigamorum primus, & Caini in venatione occiſor. *Geneſ.*
- 2. *Iſmael*, homo ferus &c.
- 3. *Eſau*, odio habitus &c. Iacobi perſequutor;
- 4. *Nemroth*, robuſtus venator coram Domino nimis. *gen.10.* Typus diaboli & Tyrannorum, & primus per vim imperans.

Ego tamen venationem aliquam licitam puto.

Venatio triplex Alex.
- 1. *Saltuoſa, & communis illa ferarum;*
- 2. *Arenaria;*
- 3 *Oppreſſiua.*

* 1. *Saltuoſa* non eſt peccatum, & ſimpliciter licita eſt.

Licitam probem ex
- 1. *Præcepto* Dei;
- 2. *Aequitate;*
- 3. *Exercitatione;*
- 4. *Præludio belli.*

* j. *Præcepto Dei.* Geneſ. 3. *In ſudore vultus tui viſceris pane tuo.*

Sed venando acquiritur victus ſudoribus.

Geneſ. *Affer mihi de venatione tua, vt comedam* &c. ait Iſaac ſuo Eſau.

Cic. 5. Tuſcul. *Labor in venatu, ſudor curſus ab Eurota, fames, ſitis: his .n. rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.*

* ij. *Aequi-*

* ij. *Aequitate.* Nemini enim nocet, nec aliena vſurpat, ſed naturâ communia.

Cic.lib.off. Natura patitur rem augeri nemini nocendo. Quin etiam multis prodeſt, vt venatori ad victum &c. Viatori ad præſidium ne feris prædæ fiat, aratori & vinitori ad tutelam meſſium & vindemiarum: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.*

* iij. *Exercitatione.* Sic enim otium vitatur, fons malorum omnium.

Ocium Reges, prius & beatas
Perdidit vrbes. Horat.
Multam malitiam docuit otioſitas.

* iiij. *Præludio belli*, & quodam quaſi tyrocinio.

Artis licitæ præludia & præexercitamenta licita ſunt.

Sed bellare licitum eſt, & bellandi preludium eſt venatio. Ergo bellandi ac venandi iſta ſimilitudo.

In bello opus {
1. *Vigilantia*; Sub Ioue frigido coniugis immemor miles vitā agit.
2. *Aſtutia*; ad inſidias. *Ingenium ſuperat vires.*
3. *Labore*; ad machinas mouēdas &c.
4. *Curſu*, ad inſequendum hoſtem, aptè declinandum &c.
5. *Sanguinis contemtu* &c. ad ſua vulnera fortiter ferenda, & hoſti inferenda haud timida manu.
}

* 1. *Sed venatores* ſæpè vigilant, excubant &c.

Cic. 2. Tuſ. *Pernoctant venatores in niue, in montibus vri ſe patiuntur.*

* 2. *Aſtutè inſidias ſtruunt* vulpeculis illudentibus *Cum vulpe vulpinandum.* Cum lupis, leporibus, cuniculisq; ſæpè per cuniculos & fraudes agunt.

Digitized by Google

* 3. Laboribus fatigantur retibus tendendis, indaginibus componendis &c.

* 4. *Curſu multo* feras perſequuntur. *hæret pede pes.*

* 5. *Sanguinem beſtiarum* multum fundunt aut fũdi vident, ipſiqúe nonnunquam ab apris vulnerantur, vnde aſſuefiunt nihil horrere vulnera belli, nec ſua nec aliena &c. Ergo venatio ſimpliciter licita, etiam quà belli tyrocinium eſt.

Venatio tamen illicita per accidens, ratione ſc. circumſtantiæ

1. *Temporis*, vt ſi in Quadrag. ſi tempore cultus diuini; ſi petitur miſſa breuis (gall. *meſſe de braguenier;*)
2. *Perſona*, vt ſi clericus venetur, ſaltem cum clamore & canibus. Nàm tendere laqueos, vel rete ſine ſtrepitu & clamore, non eſt illicitum.
3. *Sumptuum ſuperfluorum*, vt ſi canes nimis multos nutriamus illo pane quo Lazaros & pauperes ali oporteret, aut ſi ruſtico inopi alendos demus &c.

Nàm tunc crudelitatis quoddam genus eſt. *Si non pauiſti, occidiſti*, inquit Ambroſ. quid ergò, ſi & cibum eripuiſti, quo pauper egebat, vt canibus tuis dares?

Actæonem hoc eſt imitari, quem ceruum arbitrati ſui canes deuorârunt. Id eſt (Palæphato de fab. narrat. lib. 1. c. 3. teſte) *Actæoni rei domeſticæ curam negligẽti, quinimò venationi intento, facultas omnis ac vita defecit, cum autem nihil amplius in bonis haberet, in illum homines dicebant, Heu miſer Actæon, qui à proprijs canibus conſumtus es.*

Ruſti-

Ruſticis traditos aliorum canes,comparare poſſis Diomedæis equis hominum voratoribus.

Ex Munſtero,lib.2.Coſmog. Melius quàm multi Amedæus quidam Sabaudiæ dux, qui Oratoribus venaticos canes videre poſcentibus, mendicos oſtendit,dicens: *Hi ſunt canes mei, quos alo quotidiè, quibus & me cœleſtem gloriam ſpero venaturum.*

* 2. *Arenaria,* id eſt,ea qua contra beſtias dentatas pretio pugnatur,mortalis,& infamis 3.q. 7. *Infamis.*

Tentatio mera Domini eſt.

* 3. *Obpreſſiua*;illa eſt Tyrannorum,qui homines & regna,militibus,ſatellitibus velut canibus iniuſto bello venantur.Illi inſtar leonum magna animalia venantur.

Balliui eorum ac miniſtri, inſtar aranearum inferioribus vt muſcis & papilionibus,inſidiantur.

Eccl.13.*Venatio leonis,onagri in eremo:ſic paſcua diuitum ſunt ipſi pauperes.*

Geneſ.10.*Nemroth robuſtus venator coram Domino nimis*,talium dux & Princeps fuit.

Carnem illi quærunt & ſanguinem.

III.

De *venatoribus aliquibus cauendis,optandis &c.*

* *Cauendi* imprimis venatores dæmones.

Pſal.*Ipſe liberauit me de laqueo venantium.*

1.Pet.5.*Fratres ſobrÿ eſtote,& vigilate, quià aduerſarius veſter diabolus,tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.*

D.Antonius vidit mundum plenum laqueis huius venatoris.

Venatur autem
- 1. *Aureis*; auaros auro,argento, ſimonia &c.
- 2. *Sericis*; pompaticis indumentis.

varijs retibus | 3. *Muliebribus*; Eccl.7. *Mulier laqueus venatorum eſt. creatura in muſcipulas.*

Vtinam venetur apros in mari, id eſt vanè inſidietur!

Cauendi & diuitibus paraſiti, venatores conuiuiorum ſine ſymbolo.

Cauendi & puellis virginibus, amatores, de quibus Philippus Portæus in ſuâ venatione gallica.

* *Optandi* verò aliqui venatores; Boni ſcilicet Prælati, Concionatores, qui vitia hæreſeſque venantur, ſolerter quærunt, odorantur, latrant, curſitant canum inſtar, & prædam Deo gratam captant & afferunt.

Gen.27. *Cumq; venatu aliquid adprehenderis, fac mihi indè pulmentum, ſicut velle me noſti.*

* *Tolerandi*, & Deo commendandi, ſi qui grauius premunt, & negligentius agunt &c.

IN DIE S. PASCHAE. 7. APRIlis. 1613. Landraci hora 1. pomerid.

Thema. *Cùm tranſiſſet Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.* Marci.16.

HOC die, quem *Regem dierum* vocat D. Gregor. Nazianz. Orat. de funere Patris. multa dicenda ſunt, ſed vox raucedine impedita, & temporis anguſtia vela contrahere nos iubent, & paucula de multis illis decerpere.

Dicen

Dicendum ergo hodiè mihi
1. *Fœminas iſtas viris præluxiſſe; fœmineo ſexui ſuum honorem reparaſſe;*
2. *Cur B. Virgo non cum ipſis quoque;*
3. *Cur toties vnctus Chriſtus in ſepulturam.* AVE.

I.

Fœminas iſtas viris præluxiſſe; & fœmineo ſexui ſuum honorem reparaſſe.

Platonem ferunt multis nominibus Dijs gratias agere ſolitum eſſe.

*1. *Quòd homo,* non beſtia natus eſſet, cùm vti potens eſt Deus ſuſcitare ex lapidibus filios Abrahæ, Matth. 3. ſic potens ſit ex homine aut hominis materia beſtiam facere.

Meritò. Quoniam homo princeps cæterorum animantium.

Et ſolus homo rationis, & beatitudinis eſt capax.

* 2 *Quòd Græcus* natus, non Barbarus. Greci enim iudicio ſuo principes erant populorum, vocantes reliquos à ſe Barbaros lingua moribuſqúe.

Græcia mater & parens omnium ſcientiarum.

Vniuerſitas Mundi, vt nunc Galliarum Pariſienſis Sorbona.

Quiſquis vellet aliquid ſapere, cultè loqui illuc tendebat.

* 3 *Quòd Athenis natus,* quæ cæteris Græciæ vrbibus anteibat.

Vt corporis humani mẽbra omnia ſint pulcra, sũt tamen alia alijs pulchriora, venuſtiora &c. vt facies, & faciei oculus: ſic, vt alicuius regionis pulcræ ſint vrbes omnes, aut gratæ, vt in hortulo iſto Hãnonienſi, ſunt tamẽ aliquæ alijs præferẽdæ, vt fortè Montes Hannoniæ, vbi vulgò dicitur ſenſus habitare, id eſt, Montes eſſe domiciliũ Sapientiæ (gallicè *le ſens de Mons.*)

 Sic

Digitized by Google

Sic etſi Græcia fuerit doctiſſima, præluxerunt tamen Athenæ vrbs omnium artium inuentrix, Philoſophorũ & oratorũ mater, & Poetarũ alũna.

Gręciæ totius oculus dexter, Athenæ.

Cic de Orat. *Illa omniũ doctrinarũ inuẽtrices Athenæ.*

Ouid in epp. Heroid. *Atque aliquis doctas iam nunc eat, inquit Athenas.*

Minerua Athenarum tutelaris, quibus & nomen impoſuit; Mineruã enim Gręci Athenam vocant.

4. *Quod Socratis* tẽpore natus, hominis, vel Apollinis oraculo, ſapientiſſimi, ſub quo poſſet animum abunde excolere, vt Paulus ſub Gamaliele.

Sic Philippus Macedo non tam natum ſibi Alexandrum gaudebat, quam quod natus Ariſtotelis tempore.

A. Gel. lib. 9. Noct. Attic. c. 3. ita refert: *Philippus Ariſtoteli ſalutem dicit: Filiũ mihi genitũ ſcito, quod equidẽ Dijs habeo gratiam: non proinde quià natus eſt, quàm pro eo, quod eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt eductus eruditusq; abs te, dignus exiſtat & nobis, & rerum iſtarum ſucceſſione.*

Ac meritò id qdẽ; quoniã Plato de Legibus, educationẽ & arcẽ & caput eſſe omnis virtutis affirmat.

Quià ergò Socrates tùm princeps philoſophorũ viuebat, idcircò viſus ſibi idem Plato beatior.

Luc. 10. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico .n. vobis, quòd multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.*

5. *Quòd vir natus*, non fœmina. Maſculus enim, ſexuum princeps, & Dominus.

Et fortè, quòd ad virtutes adipiſcendas magis idoneus &c.

Si Chriſtianus fuiſſet & in Spiritus ſancti ſchola eruditus, dixiſſet fortè, quod ſexus ille communis omnium ruinæ autor extiterit. Im-

Improperium hoc quotidianum audire metuiſſet fortaſſe.

Sed non video, cur dolendum fœminis, quod fœminæ ſint natæ.

Reſpondeo enim fœminas opprobrio illo notari tãtum potuiſſe vſque ad Chriſtũ natũ: A Chriſto autẽ nato, illas autrices & principium vitæ gratiæ eſſe, & gloriæ in Maria Chriſtum generãte, quæ niſi fuiſſet, Chriſtus ex nullo viro natus eſſet.

Deindè, & à reſurrectione Chriſti, à quâ cępit vera noſtra regeneratio, fęminas autrices vitę noſtrę, cùm in his tribus Marijs fidẽ reſurrectionis Chriſti primæ acceperunt, & viris in Apoſtolis tradiderũt.

Hoſtimentum, tantũ pro tanto. *tuot quitte.* prou.

Nam ſi fœmina prima *mater* illa *viuentium* habuit colloquia de morte cũ Angelo nequã; ſi credidit; ſi ad virũ peccatũ transmiſit: & hic hodie fœminæ tres primæ habuere colloquia cum Angelo Lucis, de Chriſti reſurrectione & noua vita, & hæ tres crediderunt, & ad Apoſtolos audita & credita pertulerunt. Hoſtimentum eſt inquam.

Mortali in tumulo quærit ſibi fœmina vitam
Quæ de vitali contraxerat arbore mortem.

Euæ {
1. Affectui ad pomum,
2. Credulitati, & fidei habita ſerpenti,
3. Conſilio Adæ dato;
} reſpondet fœminarũ harum {
1 Affectus ardẽs in Chriſtum;
2. Fides Angelo habita,
3. Nuntiũ Reſurrectionis ad Apoſtolos perlatum.
}

D. Ambroſ. hîc. *Ne perpetui reatus apud viros opprobrium ſuſtineret, quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam, veteriſq; lapſus compenſat annonam.*

Idem in Luc. *Per os mulieris mors ante proceſſe-*

Digitized by Google

ceſſerat per os mulieris, vita reparatur.

Cyrillus...... *Fœmina quæ quodam modo fuit mortis miniſtra, venerandum Reſurrectionis myſterium* (mel. miniſterium) *primò*(mel.prima) *accepit, & nuntiauit. Adeptum eſt ergo fœmineum genus & ignominiæ & maledictionis repudium.*(fortè mel. Ademptum eſt ergò fœmineo generi & ignominiæ & maledictionis repudium.

Rabanus in illud Ma. vlti. Ite renunc. fratrib. & Petro. *Quia in Paradiſo mulier propinauit viro mortem; à ſepulchro mulier viris annunciat vitam, vt ſicut occaſione ſexus muliebris fuit introductio mortis; ita hic ex pietate ſexus muliebris, nũtiatio vitæ: vt quæ viro transfuderat culpam, transfundat & gratiam.*

Gratia Dei iam habẽt monetam probatam; qua viris mutuum refundant; iam ſoluẽdo factæ ſunt: habent quod virorum vulgatæ obiectioni reſpondeant mulieres, & vndè os illis claudant. *Obſtructum eſt os loquentium iniqua.*

Hoc tres iſtæ Mariæ obtinuere.

* 1. *Maria Magdalena,* mulier notiſſimi feruoris, & religionis,

* 2. & 3. *ambæ Chriſti matertera,* id eſt ſorores matris. Maria Iacobi, ſcilicet mater Iacobi inquam minoris, item Simonis & Iudæ Thadæi, qui omnes erant Apoſtoli Chriſti.

Mater autem Iacobi dicta potiùs quàm aliorum, fortè à maiori celebritate illius Iacobi minoris.

Maria Salome erat mater Iacobi maioris, & Iohannis Euangeliſtæ.

Nec vetus ſolũ obprobrium Heroinæ iſtæ tres deterſêre, ſed & præcipuam laudem conſtantis ac fidæ amicitiæ cum Chriſto, ſupra viros, etiàm primores totius Chriſtianiſmi Apoſtolos meruêre.

Apoſtoli Chriſtianiſmi principes, inſuper viatico

Eucha-

Digitized by Google

Euchariſtiæ roborati, monitis Chriſti confirmati, quales erga Chriſtum amici?

Ollares. In menſa, & inter pocula, aut mòx à poculis, Hercules aliquos dixiſſes.

Iactabundi, Thraſones. Petrus antè moriturum ſe iactabat, quàm ſcandalum pateretur. *Similiter & omnes alij dixerunt.*

Quid dignum tanto ferat hic promiſſor hiatu?
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Mulieres iſtæ non à Chriſto paſtæ, ſed nutrices eius, nec vel minimum iactabundæ, tamen Ieſum ab omnibus deſertum, omnibus exoſiſſimum, ſummo ſuo periculo, ipſo Crucifixionis eius feruore, inter duros milites, inter diriores Pontifices, inter ſariſſas & haſtas ſunt proſequutæ ad montem vſque Caluariæ, ad ſepulcrum vſque.

Sed & nunc quoque *veniunt ad monimentum* militibus adhuc obſeſſum, mortuum nouo genere condimenti condituræ.

Quid? ego ferè ſuſpicor, iſtas eaſdem fuiſſe, quæ Chriſtum ſibi crucem baiulantem ſunt proſequutæ, deſertum à ſuis, à viris eiectum, & cui vir aliquis negarit vel inniti tantum parieti domus ſuæ penè ſub crucis pondere expiranti.

Verè, verè iſtæ mulieres viris fortiores, & in amicitia conſtantiores, vt Alexandri cuiuſdam, Regis Epiri, fratris Olympiadis corpus aliquãdo amne in hoſtium caſtra deuectum, & ab ipſis fœdè dilaceratum, vna mulier, licet mutilum, ſepeliuit (vt refert Liuius decadis 1. lib. 8.) & *Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit*, Ennio ita referente: ſic hæ fœminæ præcipuè in corpus Chriſti officioſæ.

Curaſſent ſoli Apoſtoli funus Chriſti; inſepultus (credo) permanſiſſet.

Hæ veræ amicæ, & omninò quales amicos eſſe

oportere olim Romani, ſuo veræ Amicitiæ ſimulacro, repræſentaſſe dicuntur.

Depingebatur enim iuuenili forma, diſcooperto capite, tunica rudi induta, in cuius fimbria ſcriptum erat MORS ET VITA: in fronte AESTAS ET HYEMS: habebatq; latus apertum vſque ad cor (propemodùm inſtar crucifixi Ieſum vel D. Franciſci ſtigmatibus notati) & brachiũ ad pectus reflexum & digito cor illic nudum oſtendens, vbi & ſcriptum erat LONGE ET PROPE: quorum omnium hæc erat ſignificatio.

Forma iuuenilis indicabat Amicitiam, ſemper recentem eſſe, & nulla temporis diuturnitate marceſcere oportere.

Nudum caput, omnibus debere eſſe manifeſtum, & de amicis nunquam erubeſcendum.

Rudis tunica, amicis pro amicis nulla ardua, non extremam inopiam pro amicis reformidandam.

VITA ET MORS, amandum ad aras, & ad mortem vſq;, imò & poſt mortem.

AESTAS ET HYEMS, tam aduerſis quam proſperis amicos eſſe diligendos.

Apertum latus, nihil amico occultandum, aut cælandum.

Brachium ad pectus reflexum, & indice cor oſtendens, debere opus cordi, & cor verbis reſpondere.

LONGE ET PROPE, nulla locorum aut temporum intercapedine amicitiam veram refrigeſcere: non vt quorundam, de quibus noſtrate prouerbio dicitis, *longè ab oculis, longè à corde*.

Videre licet hoc Amicitiæ ſimulacrũ, eiusq; interpretationem li. 12. Margariti Philoſophici c. 30.

Harum ſemper recens & florida fuit amicitia, à tempore primo nihil veteraſcens.

Hæ etiam detecto (vt aiunt) capite & plenis buccis

cisChriſtianas ſe profeſſę ſunt,nõ occultè vt quidã *propter metũ Iudæorũ*, non pileo ad oculos adducto vultũ obũbrãtes:nõ deniq; negarũt noſſe vt Petr⁹.

Hæ Chriſtum pauperem coluerunt, etiam dilacerata totius corporis veſte.

Tàm Hyeme,quam AEſtate amauerunt.

AEſtas Chriſti fuit,*quum turba multa de ciuitatibus properarent ad Ieſum* &c.

AEſtas Chriſti fuit,cũ oẽs cuperẽt vel veſtẽ eius tangere, *quià virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.*

AEſtas Chriſti fuit,cùm voluerunt eum Regem creare populi.

AEſtas Chriſti fuit, in ramis palmarũ,cũ oẽs ramos aut veſtes illi & aſino eius ſubſtrauerũt, & acclamarũt,tam qui præibant, quàm qui ſequebãtur, *Heſanna* &c. AEſtate hac amarunt illum cæteri cum his mulierculis.

Hyems autem Chriſti fuit triſtiſſima, frigidiſſima,imprimis tempus Paſſionis eius.

Hac Hyeme,mortuę nobiliſſimæ plãtę Eccleſię.

Hanc hyemem ferre non potuerunt Principes Eccleſię,Petrus &c.

Cic.lib. de Amicit. *Quam graues! quam difficiles pleriſq; videntur calamitatum ſocietates! ad quas non eſt facile inuentus qui deſcendat.*

Hę ſolę etiam hac hyeme,æquè feruenter Chriſtum amauerunt. *Omni tẽpore diligit,qui amicus eſt.*

*Amicus certus in re incerta cernitur.*Ennius.

Sen.l.1.ep.3. *Errat ille qui amicum in atrio quærit,in conuiuio probat.*

Tarquinũ dixiſſe ferunt,tum cum exul eſſet,ſe intellexiſſe quos fidos amicos habuiſſet,quoſq; infidos, cùm iam neutris gratiã referre poſſet. Cic.l.de Ami. circa med.

Multi amicos ſequuntur,vt frumenta formicæ; vt columbaria munda & frumentoſa columbę.

Senec.

Senec. lib. de remedijs fortuitorum. *Prædam ſequitur turba iſta, non hominem.*

Cic. de Amicit. circa finem. *Plerique amicos, tamquam pecudes, eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos.*

Canum ſimiæ, qui tamdiu ſequuntur viatorem, quamdiu panem iactat.

Meretricum etiam tales amicitiæ; amant enim quamdiu vtile eſt.

Non paucula aut paruula in amico vero deſiderantur; quæ hic obiter iuuat adtingere.

Amicum verum Seruire amico oportet: Pati; Tacere; Parcere; Tranſmigrare & in alterum, totum tranſire; Eodem ore & lingua cum amico loqui, id eſt eadem dicere; Eadem amare; Eadem re viuere, eadem mori; Nil cenſere difficile; Nil negare; Amici moleſtijs vti ſuis cruciari; Coram, amicitiam opere repræſentare; Clàm & procùl, Fidum eſſe; Diſcretum æquè ac Secretum eſſe; Occulere quod viderit; Tacere quod audierit; Nihil Adulari; nihil Exprobrare; Non expectare ſubplices amici preces, at ſponte ſuccurrere; ſummam crucem cum AEſchine arbitrari, amicum amittere, aut abeſſe.

Profuerit legere R. P. F. *Antonium Gueuarram Franciſcanum tomo 2. epp. aurearum ep. ad Numum Tellum quæ eſt antepenultima illius tomi, pag. 293. edit. mea.*

Nec tantum in vitæ ipſius hyeme Chriſtum hæ mulierculæ coluerunt, ſed etiam in morte, & poſt mortem quoque ipſam, & deſperata Reſurrectione.

Nam forſitan reperire ſit, qui ament etiam in aduerſis, ſed adhuc viuos, & quos ſperent poſſe ſurgere, & fidis amicis gratos tùm fore.

At iſtæ, non tantum vſque ad aras amicæ Chriſto vi-

ſto viuenti & morienti, ſed etiam iam mortuo, & deſperata Reſurrectione à diſcipulis, *Nos ſperabamus* (aiebant illi Emmauntis peregrini;) ac ſic nulla ſpe mercedis.

Neque iſtæ valdè ſperabant ſurrecturum tertio die. Nam alioqui, quorſum iam iam ipſo die ſurrecturo nouas paraſſent vnctiones?

Gratia mortuis exhibita fortior.

Ruth 2. Dicebat Ruth de Booz: *Benedictus ſit à Domino, quoniam eamdem gratiam, quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.*

O viragines! ô penè togatos viros!
Ite nunc viri, & muliebri ſexui deinceps inſultate, à quo hodie victi eſtis Religione, Fide, Amicitiæ conſtantia &c.

II.

Cùr B. Virgo non cum ipſis quoque.

Atat quid hoc? Cur non & Mater Virgo cum ipſis? inquies.

Reſpondeo, id fuiſſe à triplici cauſa { 1. *Impotentia*; 2. *Scientia*; 3. *Metu ſubitæ mortis.*

* 1. *Impotentia.* [Ita enim ipſam debilitarat fletus & quaſi fregerat vis doloris, & compaſſionis Filij, ipſo die Paſſionis, vt mouere ſe ægrè vix poſſet.

Puerperæ triduanæ non ſolent egredi.

Sed Mater-Virgo, quos dolores in ipſo partu non tulerat, tulerat cumulatiſſimè in morte Chriſti. *Quod differtur, non aufertur.*

Itaque comitari non potuit.

* 2. *Scientia.* [Norat enim iam reſurrexiſſe Chriſtum, duplici via { 1. *Angeli miniſterio*; 2. *Filij adparitione*;

* 1. *Angeli miniſterio.*

D. enim Gregorio reuelatum; Gabrielem ipſum

pſum myſteriorum totius Incarnationis perpetuū internuntium,& quaſi cœleſtem veredarium, virgini mòx renunciaſſe de Reſurrectione filij, accinentem illud, *Regina Cœli lætare* &c.

* ij. *Filij apparitione*. Piè enim credit Eccleſia, Chriſtum ipſum, mox vt reſurrexerat, matri apparuiſſe,& quidem ante omnes.

Hinc aiunt, Papam in die Paſchæ ſtationem habere ad Sanctam Mariam Maiorem, vt vel ſic innuat, Chriſtum Matri-Virgini ante omnes apparuiſſe mòx à reſurrectione, ſtipatum (opinor) omnibus illis veteranis Lymbi incolis, & ijs qui recenter cum eo ſurrexerant.

Certè æquum fuit, talem Matrem à tali filio ſic honorari.

Quorſum igitur ipſa cum alijs iſſet? An vt oleum & operam perderet?

Credo autem, & digitum Dei hic quoq; fuiſſe, feciſſeq; vt B Maria non ſit derepentè mortua, gaudij indè concepti immenſitate.

Contingit enim & mori, gaudij inopinati, præſertim & ſubiti, granditate.

Philippides certè Poeta, cùm certamine quodam victor euaſiſſet,& ſe coronatum videret, tanta eſt animi alacritate perfuſus, vt protinùs animam efflauerit.

Mulieres autē maximè aiunt mori præ gaudio.

Mulier quædam Romana, viſo ex improuiſo reduce filio ex pugna infelici ad Cannas cum Annibale, in qua occubuiſſe illum priùs acceperat, derepentè concidit mortua.

Sed gaudium Virginis de Reſurrectione Filij à tali morte, dubiò procùl immenſum fuit, etſi non improuiſum, vt quę ſemper crediderit firmiſſimè, illū tertio die ſurrecturū; niſi fortè dicas improuiſum,

ſum, quòd tàm primo diluculo ſurrexiſſet, & ei ante omnes, ac citra promiſſum, adparuiſſet.

* 3. *Metu ſubitæ mortis*; Ita omninò, ſi nondum didicerat reſurrexiſſe.

Nam tàm acutè ſenſerat illum doloris gladium, qui eius animam feria 6. tranſuerberârat, & Chriſto cruci confixerat, vt miraculo eſſet adſcribendum, non etiam illam tunc occidiſſe cum Filio.

Idem autem eiuſdem doloris ſenſus refricaretur, adſpectu Filij in ſepulcro, ac ſic poſſet mori fæmina adhuc populo Dei infirmo neceſſaria, & ceteros confirmatura, niſi miracula intercederent.

At non ſunt miracula, neq; expetenda, neq; expectanda, temerè.

Itaq; ipſam non ire cū cęteris, fuit conſultiſſimū.

III.

Cùr toties vnctus Chriſtus in ſepulturam.

Sed mirū profectò, toties Chriſtū vngi voluiſſe.

Chriſt⁹ ter vnctus in ſepulturam,
1. *Ante mortem*, à Magdalena, aut alia quacunque, certè muliere, de qua Iudas murmurârit;
2. *In morte*, à Nicodemo, mixtura myrrhę & aloes, quaſi librarum centum;
3. *Poſt mortem*, nunc ab iſtis, affectu & voluntate, etſi effectu non item.

Quorſum? Cum mortui non ſentiant?

Quorſum? Cum ſic commendarit paupertatem viuus, & damnarit ſuperflua?

Euripides dicebat, mentes hominū inſanire, cū ſumt⁹ inutiles pro mortuis profundūt. *Sto. ſer. 122.*

Lycurguſne iſte noſter Chriſtianorum, Lycurgo Lacedæmoniorum vanior?

Lycurgus enim ille Lacedæm. Legislator ſepulcrorum vniuersā ſuperſtitionē ſuſtulit, permittens vt non ſolùm intra ciuitatē humarentur cadauera,

verum

Digitized by Google

ſimas, diriſſimaſqúe implerat, cur non idem & glorioſas & humanas impleſſet?

Pſal. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

* 2. *Hoſtimenti,* id eſt, vt tanta gloria pro tanta ignominia ipſi reponeretur.

Et certè ita fuit. Qui enim infra homines in morte habitus eſt, poſt mortem ſupra homines honoratus eſt.

Cùm enim homines ab hominibus ſemel dumtaxat condiantur; ille ſemel ante mortem à muliere, iterum poſt mortem à viris, Ioſepho ab Arimathea & Nicodemo, vnctus eſt, & tertiũ ab iſta mulierum triade, ſi non vnctus eſt, certè vt vngeretur, quæſitus eſt. Verè Chriſtus, id eſt, vnctus etiam vel idcircò appellandus.

Pſal. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.*

Quis in Regibus toties vnctus in ſepulturam?

Alexander ipſe, qui viuus diuinos honores ambierat, mortuus diu caruit humanis iſtis & vltimis, & cuiuis, quamlibet humili homini communibus, terra, & ſimplici ſepultura.

Narrant enim Q. Curtius & Plutarchus, Alexandri corpus multis diebus inſepultum iacuiſſe, ob graues procerum, de ſucceſſione principatus, concertationes.

AElianus lib. 12. varię hiſt. c. 64. dignus, cuius hac de re tota audiatur ſententia. *Alexander Philippi & Olympiadis filius, cum Babylone animam egiſſet, mortuus iacebat, qui ſe Iouis filium iactitarat, dumq; eius Præfecti de regno per ſeditiones cõtenderent, ipſe ſepulturæ expers manebat, cuius etiam egentiſſimi quiq; (natura poſtulante, vt mortui terra occultentur) compotes fieri ſolent. Ve-*

T *rum*

*rũ ille triginta diebus inhumatus carensq́; ſepulcro relinquebatur: donec Ariſtander Telmiſenſis, ſeu diuino numine percitus, ſeu alio quodam caſu correptus, in medios Macedones irruit, & ad eos locutus: Omnes, inquit, omniũ ſeculorum Reges Alexandrum fælicitate ſuperaſſe, tã viuum quàm mortuum. Etenim Deos immortales ſibi notũ feciſſe, in quacumq; terra requiem ipſius anima primum eſſet habitura, eam fœlicitate abundantem, & ab omni hoſtili vaſtatione in perpetuũ liberã fore. Hæc cùm audiuiſſent, pro ſe quiſq; ſummo ſtudio diligentiaq́; annitebatur, vt in ſuũ regnũ ſinguli transferrent, & theſaurũ poſſiderent, quaſi obſidẽ firmitudinis imperij, & immobilitatis. Ptolomæus, ſi credere par eſt, corpus eius requiſiuit. & maxima feſtinatione in vrbem Alexandri ſitam in AEgypto deportauit. Atque reliqui Macedones quietẽ egerunt. Perdiccas verò perſequi ipſum conabatur. nec tam in Alexandrum cura & pietas eũ commouebat, quàm prædicta ab Ariſtandro inflãmabant, & incendebant. Poſt quã verò deprehendit Ptolomæũ, acerrima pugna de cadauere orta eſt: ſimilis quodammodò ei, quæ de ſimulacro Troiæ, vt canit Homerus, dicẽs pro AEnea Apollinẽ in medios Heroas impetũ feciſſe. At repreſsit impetũ Perdiccæ Ptolomeus. Etenim facto ſimulacro Alexandri effigiem referente; veſte regia * eã,* mel. fortè *(illud) exornauit, & entaphijs honorificentiſſimis. Deniq; in Perſicum currũ impoſito, feretrũ eius magnificè auro, argento, & ebore inſtruxit: atq; verũ Alexãdri corpus apparatu tenui, & vt præsẽs res ferebat, præmiſit per vias occultas & inuias. Perdiccas cũ deprehẽdiſſet ſimulacrũ mortui, inſtructũq; currũ, remiſit perſecutionẽ, ratus ſe iã in manibus habere de quo certatũ eſſet. At ſerò reſciuit veritatẽ, cognouitq́;, ſe fallacijs circumuẽtũ eſſe, cùm iam amplius perſequendi facultas non daretur.*

Olympiadi ergò Alexandri matri, ea res audita has quoq; voces inter lamenta extorſit: *O fili, tu qui ſtudebas cœli particeps eſſe, hùc toto impetu properans, ne*

ijs quidem potiri valuiſti, quæ ſunt mortalium omnium communia, terra ac ſepultura.

Iuuen. ſat. 10. *Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.*
AEſtuat infœlix anguſto limite mundi,
Vt Gyaræ clauſus ſcopulis, paruaq; Seripho.
Cum tamen à figulis munitam intrauerit vrbem (j. Babylonem)
Sarcophago contentus erit: imò ne ſarcophago quidem, toto illo triginta dierum tempore.

Chriſtus autem *qui cum in forma Dei eſſet*, ſe tamẽ modeſtè filium hominis viuus dictitabat, regnum oblatum repellebat, de ſe dicebat *ego autẽ ſum vermis & nõ homo, opprobrium hominum & abiectio plebis*, mortuus propè diuina cõſequutus eſt, vt hic vides.

Pſal. *Hæc mutatio dexteræ Excelſi.*

Gloria ſequitur fugientem, fugit ſequentem.

* 3. *Viciſſitudinis* rerum ſuis ita ſignificandæ, vt ſe. eius exemplo, poſt cruces, expectarent vnctiones; & poſt ignominias, poſteriores glorias.

Omnium rerum viciſſitudo eſt.

Luc. 16. Abraham ita affatus diuitem Epulonẽ: *Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autẽ hic conſolatur tu verò cruciaris*, quaſi dicat, hæc fortunæ rota eſt (vt eſt in prou.)

Vt Gallinæ in vita viuunt neglectæ in ſterquilinijs, occiſæ in menſis ſuo Domino apponuntur epulandæ; Pſittaci contra, qui in vita, in menſis, in manibus Dominorum erant, mortui in ſterquilinium abijciuntur; ſic boni hic premuntur, alibi eriguntur; mali contra hic erecti honorati, alibi deprimuntur.

Quot Reges olim ſeculo admirãdi, nunc ignoti iacẽt in puluere! Quot contra Sancti Lazaro in vita proiectiores, nunc eminent thecis argenteis, aureis, & templis auguſtiſſimis ſibi dicatis honorati!

Pſal. *Conſiderabo nouiſſima eorum.* T 2 Pſal.

Pſ. *De torrēte in via bibet, propterea exaltabit caput.*

Notandũ tamen, ſumtuum ſepulcra- lium alios eſſe { 1. *Vanitatis* in homines ſeculi ſenſo magnos. Nimius hic vitandus eſt. 2. *Religionis*, in Deum-Hominem, Chriſtum ſc. & Sanctos eius, eorumq́ ſacras reliquias. Iſte licitus, & etiam aliquandò iuſſus.

Diſpenſabilis tamen, neceſſitate publica, ſi D. Ambroſio Ep. Mediolanenſi, ſi S. Acario Amidenſium Epiſcopo pro redimendis captiuis, etiam Eccleſiæ vaſa conflare licuit, ac vendere. *Martyrolog. Rom. ſexto Idus April.*

Et notandum, Chriſtum hac vltima mulierum vnctione vti noluiſſe, quaſi ſuperflua damnantem, & honeſta ac decentia permittentem.

Abſit ergò ſuperbia Mauſolæorũ &c. Pyramidũ &c. pecuniæ publicæ ac vtilius locandæ baratrorũ.

Vide Oratorem noſtrum Terræ-Sancta, Philippica V. parte 3. pagina 175. 176. 177. 178. 179. &c.

FERIA II. POST PASCHA Landraci 1613. hora 9. antemerid.

Thema. *Cognouerunt eum in fractione panis.* Luc. 24.

Dicendum hodie mihi { *1. Chriſtum fuiſſe Paſtorem Opt. Max.* *2. Cùr Chriſtus tam ſtudioſus probandæ Reſurrectionis ſuæ;* *3. Dæmonem contra ſtuduiſſe fidem Reſurrectionis expungere.* AVE.

I.

Chriſtum fuiſſe Paſtorem Opt. Max.

Res paſtoralis adeò honeſta, vt ſanctiſſimi quiq; illam adcurarint. *Abel,*

Abel, cognomento Iuſtus à Chriſto dictus, *fuit paſtor ouium: & Cain agricola*. Geneſ. 4.

Abraham deindè & Iſaac,& Iacob,& Dauid; denique optimi quiq; paſtores ouium.

Ouid. lib. Faſtorum de Romanis;

Paſcebatq; ſuas ipſe Senator oues,inquit.

Nomen ergò Paſtoris minimè vile.

Homerus ipſe & Prophetæ, Reges ac Principes vocant *paſtores populorum*.

Chriſtus quoque hoc nomine ſe appellauit. *Ego ſum Paſtor bonus*.Ioan. 10.

Paſtorum autem Optimus Max. Chriſtus	1. *Moriendo pro ſuis*; 2. *Dolendo de perditis*; 3. *Recipiendo redeuntes*; 4. *Requirendo errantes*.

* 1. *Moriendo pro ſuis*. Ea enim nota præcipua. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis*. Ioan. 10.

Dauid pro ſuis ouibus adhuc paſtor ſe Leoni Vrſoq; obiectauit, quos & fregit. 1. *Regg*.

Codrus Athenienſium Rex vltimus (opinor) quum reſponſum accepiſſent Peloponnenſes, ita demum ſe ſuperaturos, ſi hoſtium Regem non occidiſſent, ipſe ſuorum ſeruandorum cupidus fefellit eos habitu pauperis, eosq; in ſuam necē, iurgijs, prouocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo. *Herodot*.

Ita Chriſtus ſaccum noſtræ mortalitatis induit, & vera dicendo cum Iudæis quodammodo inurgatus eſt, ac ſic nobis mortuus eſt.

* 2. *Dolendo de perditis*, aut lapſis.

Triſtitiam illam Chriſti *vſq; ad mortem*, quidam indè natam putant, quòd Iudas eſſet proditione ac deſperatione veniæ periturus, Petrus ſe negaturus, cæteri Apoſtoli fugituri, plurimi nullum ex Paſſione ipſius fructum capturi,

Quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam.

Dolet ſcilicet, cùm perdere aut ferire neceſſe eſt. Iſai 1. *Heu! conſolabor de hoſtibus meis.*

Videns Ieſus ciuitatem Ieroſolymorum ædificijs ſuperbis collucentem, ſed ob cædem Prophetarum & maximè eius ipſius per Impp. Rom. 40. à Paſſione anno ita perituram, vt diceretur, *hi fuerũt illic*: vel: Et *cãpos, vbi Troia fuit*: *fleuit tamẽ ſuper illam.*

Ouid.... *Eſt piger ad pœnas Princeps ad præmia velox,*
Quiq́ue dolet, quoties cogitur eſſe ferox.

Alienum opus ab eo.

Cum cogitur ferire, euiſcerari ipſum dicas præ dolore.

Et *pars abrumpi corpore viſa meo eſt*, iure tunc dixerit.

* 3. *Recipiendo redeunteis.*

Eum qui venit ad me, non eijciam foras.

Non Matthæus ex telonio, non Magdalena ex publicis ſuis ſordibus reuerſa, ab ipſo exploſa eſt, imò ipſi patrocinatus eſt aduerſus Simonem tunc hoſpitem ſuum, & alius aduerſus Iudam &c.

Idcircò ſibi in cruce brachia ſic extendi voluit, vt intelligeres ſemper ad amplexus peccatoris cuiuſcunq; pœnitentis paratiſſimum.

Ille paratior dare veniam, quam tu petere.

Ad prodigũ reuertẽtẽ, procùl vt vidit, adcurrit, in collũ ruit &c. Ita oẽs boni cõparati in miſeros.

D. Chryſoſtomus legatur parænesi 1. ad Theodorum monachum lapſum vbi agit de Vrbani cuiuſdam filio à Patribus recepto.

Idem ibidem refert ſocium à ſocio obſeruatum euntẽ ad lupanar, & ex eo redeuntem oſculo exceptum.

* 4. *Requirendo erranteis.*

Luc. 16. Homo, cui perierat vna ex centũ ouibus, dimi-

dimiſit 99. in deſerto,vt iret ad illam quæ perierat, donec inueniret eã,& inuētã in humeros impoſuit.

Sic Chriſtus vt naturam vnam humanam quæ illi de grege ſuo rationali perierat reperiret,relicto in cœlo Angelorum grege in deſertum hoc mundi venit,ac per dumeta omnia requiſiuit.

Quærens me ſediſti laſſus
Redemiſti crucem paſſus.

Dux belli diſſipatos ex prælio infelici milites conatur ſub ſigna colligere, Et Nauarchus diſiectas tempeſtate naues cogere,

Dies Paſſionis,dies belli & turbinis totum eius exercitum credentiùm diſſiparat.

Nautas magnæ ſuæ nauis Eccleſię vis ventorum diſiecerat,ac maximè Petrum.

Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis,

Pſal.*Erraui,ſicut ouis quæ perÿt; quære ſeruum tuum;* dicere tum poterat quiuis Apoſtolorum magnæ Chriſti nauis gubernatorum,

Igitur Chriſtus Dux belli totius, Nauarchus, Paſtor magni gregis mox à reſurrectione cœpit colligere reliquias Iſraelis.

Nunc ad hos,nunc ad illos venit.

Ipſo Reſurrectionis die legitur quinquies apparuiſſe,vt Auguſt. dicit de conſenſu Euangeliſtarũ.

* j. *mulieribus* ad monumentum;
*ij. E*iſdem* in itinere,regrediẽtibus à monumẽto;
* iij. *Petro*
* iiij. E*untibus in Emaus*, Luc. 24.
* v. P*luribus* Ieroſolymis,vndè aberat Thomas.

Hodiè ergò duos iſtos diſperſos requirit,& colligit.

Quòd eò maius,ꝙ minùs eget noſtri aut bonorũ noſtrorũ(nã ſi paſtores alij oues requirũt,faciũt lactis lanæꝗ; indigi &c.quę ſi non eſſent in ouibus nę

quidẽ tenerẽtur:) nos aũt Chriſti ſumus egẽtiſſimi.

Prouerbio noſtrate iactatur. *Quiſquis eget opera ſocij, ſocium is imploret.* Hoc boni imitati.

D. Ioannes Euangeliſta equo inſcenſo iuuenem ex conuerſo principem latronum effectum eſt inſequutus, & redire perſuaſum fecit Epiſcopum. *Euſeb. Cæſarienſ. lib. 3. hiſt. Eccleſ. c. 22.*

Promittebat ſc. Ioannes vt reſipiſceret, ſe animam pro eius anima poſiturum, & in extremo Iudicij die, pro eo rationem redditurum, ac veniam omnium criminum à Chriſto Dño impetraturũ.

S. Abraham Eremita, vt neptem ſuam à flagitioſa vita, in qua biennium conſumſerat, reuocaret, ementito habitu militis, eques ad eam profectus eſt, inuentã remotis arbitris allocutus eſt, dicens: *ſuper me ſit peccatũ tuum, quo hactenus amatoribus fœdè proſtituiſti corpus tuum: ego pro eo ſatisfaciam: ego in die Iudicij pro te, filia mea, rationem reddam. Cumq; illa regereret, Nimis magna eſt iniquitas mea, non poteſt mihi eſſe ſpes ſalutis, reſpondit: Super me ſit iniquitas tua, filia mea: ex meis manibus Deus hoc peccatum requirat: tantum veni mecum.* Ita venit, & reliquo tempore ſic vixit, vt etiã miraculis clara è vita exceſſerit. *Sur. 16. Mart.*

Nota verò, Chriſtum à tempore Reſurrectionis nil ſtudioſiùs quàm Reſurrectionis fidẽ adcuraſſe.

Vt Demoſtheni ſemper in ore Actio, Actio, Actio: & Iohanni Euangeliſtæ ſub vitæ finem Charitas, Charitas &c. ſic nunc Chriſto Reſurrectio, Reſurrectio &c.

II.

Cur Chriſtus tàm ſtudioſus probandæ Reſurrectionis ſuæ.

Sed quæras fortaſſe, ecquorſum tàm ſtudiosè probarit Chriſtus verè ſe reſurrexiſſe?

Act. 1. Suis *præbuit ſeipſum viuum in multis argumentis, per dies quadraginta adparens eis &c.*

Stu-

Digitized by Google

Studioſè probata reſurrectio, ratione { 1. *Honoris ſui,* 2. *Difficultatis rei;* 3. *Vtilitatis noſtræ ab eius fide firma;* Nàm *hinc* { 1. *Vita noſtra correctior.* 2. *Mors tolerabilior.*

* 1. *Honoris ſui*, tàm fidem liberando (promiſerat enim ſæpiuſculè ſe tertio die reſurrecturum) quã ignominiam morte illatam, reſurrectione glorioſa detergendo.

Magna ſanè gloria hominis veridici, aut veri verbij.

Et Prophetæ tui fideles inueniantur.

Homo non mendax, Deo penè proximus.

Ignominia etiàm illi à morte tali profectò maxima.

Vno die Iudæi penè tot annorum gloriam extinxerant.

Itaque ſtudioſiſſimè oſtentanda veritas reſurrectionis, ad reparationem gloriæ prioris.

★ 2. *Difficultatis rei.* Supernaturalis enim eſt, adeò vt naturalis philoſophiæ captum præteruolet.

Principijs enim philoſophiæ traditum eſt, à priuatione ad habitum, naturaliter non eſſe regreſſum.

Sed mors multorum habituum priuatio eſt, nẽpè Auditus, Viſus, Olfactus, Loquelę &c. Ergò.

Adeò id naturaliter fieri non poteſt, vt ſi Deus cadauer integrum, omni cum perfectione poſſibili quàm ante mortem habuit, & in vltimis diſpoſitionibus ad reuiuiſcendum conſtitueret, & è vicino animam collocaret, illiq́ꝫ copiam faceret ingrediendi corpus atque viuificandi ſi poſſet; quamuis anima ſit potens, & natura ſui perfectibilis valdè appetens, non poſſit tamen illud ſuſcitare.

Ratio. Sic enim in maximum incommodum

 dilabe-

Digitized by Google

dilaberemur, nempè: Effectum cauſa ſua eſſe ſuperiorem.

Melior eſt enim homo integer, quam ſola anima.

Hoc opus ſigillum eſt vel potentiæ diuinæ, vel amicitiæ cum Deo ſummæ.

Qui enim id poteſt. Deus eſt, ſi per ſe poſſit; homo Deo chariſſimus ſi hoc precibus poſſit.

Hac ſe Deum efficaciſſimè Chriſtus comprobauit, maximè Lazari ſuſcitatione. Itaque & de Lazaro interficiendo inimici eius cogitarunt.

Hac ſe Dei amicum Elias teſtatus eſt.

Vidua enim illa hoſpita eius ſuſcitato ab illo filio ſuo dixit: *Nunc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum* Domini *in ore tuo verum eſt*. 3. Reg.

Supernaturalis autem eſt, tàm à principio actiuo, quàm à termino.

Chriſtus Dominus, quà Deus eſt cum Patre & Spiritu-Sancto, cauſa efficiens fuit reſurrectionis ſuæ, ac noſtræ erit, & quà homo cauſa inſtrumentalis & exemplaris eiuſdem noſtræ.

Collectio materialium partium corporum Angelorum miniſterio fiet in tempore; Reſurrectio autem in inſtanti, & forſitan albeſcente die, ſole poſito in Oriente, Lunâ autem in Occidente, eodem puncto, quo Chriſtus à mortuis reſurrexit.

Difficultatem rei huius inſinuat Magiſtri noſtri frequens de eadem re lectio.

Magiſtrorum enim & Doctorum proborũ eſt, res difficiles docentium, non ſemel de ipſis dicere, ſed ſæpè repetere, inculcare, neq; eam vno vel modo, vel medio, vel argumento, ſed pluribus declarare.

Sed Chriſtus ſæpè varieq; de reſurrectione tractauit, nunc adparendo, nunc loquendo, nunc cõueſcen-

neſcendo, nunc ſe palpabilem exhibendo, &c.

Act.1. *Præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem in multis argumentis per dies 40. adparens eis.*

Sed & hoc quoque, quòd Athenis de reliquis orationem habens Paulus, patienter auditus eſt; in Reſurrectionis autem mentionem incidens, ſeminiverbius dictus eſt &c. à Philoſophis Epicureis Stoicisq́. *Act.*17.

* 3. *Vtilitatis noſtræ*, vel { 1. *Vitæ correctioris*; 2. *Mortis tolerabilioris*. }

* j. *Vitæ correctioris.*

Poſita enim reſurrectione Chriſti, atq; indè noſtra, & præmijs bonorũ & malorum, ſequitur vitæ correctio, vti contra negatis illis sũma corruptela.

D.Chryſoſtom. hom. 42 in Matth. *Reſurrectio ſi tollatur, omnimodũ virtutis, iuſtitiæ, & fidei fundamentũ auferri neceſſe eſt. In omnibus etenim rebus, ſeu corporales, ſeu ſpirituales ſint, prima ratio & occaſio, quæ laborãtibus offertur, eſt ſpes præmij. Vt colligat agricola, terram ſcindit; vt vincat miles, manum cum hoſte conſerit; & cũ adeò difficile ſit, aliquem in hac vita ſtudioſum ſanctumq́ eſſe, quis vnquam reperiretur, qui vnoquoque die ſibimet bellum inferret, mortificans voluptates carnis, & delicijs corporis longum vale dicẽs, niſi mẽtis oculis metã & ſignũ reſurrectionis & gloriæ intueretur? Tolle ergò ſpem Reſurrectionis & ſoluta eſt tota obſeruantia pietatis.*

Cic. loquens aduerſus immortalitatis animarum impugnatores penè idem aſſerit.

* ij. *Mortis tolerabilioris.* | 1. *Noſtræ*; 2. *Coniunctiſſimorum.*

Eius enim amici exitus aut auulſio tolerabilior, qui aliquandò vel propediem eſt rediturus.

Vt hyeme ſpoliatis arboribus non admodũ dolemus, ob certam ſpem æſtatis, quæ cuncta renaſcuntur: ſic morituris & reſurrecturis minus dolendum.

Acta

Digitized by Google

dilaberemur, nempè: Effectum cauſa ſua eſſe ſuperiorem.

Melior eſt enim homo integer, quam ſola anima.

Hoc opus ſigillum eſt vel potentiæ diuinæ, vel amicitiæ cum Deo ſummæ.

Qui enim id poteſt, Deus eſt, ſi per ſe poſſit; homo Deo chariſſimus, ſi hoc precibus poſſit.

Hac ſe Deum efficaciſſimè Chriſtus comprobauit, maximè Lazari ſuſcitatione. Itaque & de Lazaro interficiendo inimici eius cogitarunt.

Hac ſe Dei amicum Elias teſtatus eſt.

Vidua enim illa hoſpita eius ſuſcitato ab illo filio ſuo dixit: *Nunc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum* Domini *in ore tuo verum eſt*. 3. Reg.

Supernaturalis autem eſt, tàm à principio actiuo, quàm à termino.

Chriſtus Dominus, quà Deus eſt cum Patre & Spiritu-Sancto, cauſa efficiens fuit reſurrectionis ſuæ, ac noſtræ erit, & quà homo cauſa inſtrumentalis & exemplaris eiuſdem noſtræ.

Collectio materialium partium corporum Angelorum miniſterio fiet in tempore; Reſurrectio autem in inſtanti, & forſitan albeſcente die, ſole poſito in Oriente, Lunâ autem in Occidente, eodem puncto, quo Chriſtus à mortuis reſurrexit.

Difficultatem rei huius inſinuat Magiſtri noſtri frequens de eadem re lectio.

Magiſtrorum enim & Doctorum proborũ eſt, res difficiles docentium, non ſemel de ipſis dicere, ſed ſæpè repetere, inculcare, neq; eam vno vel modo, vel medio, vel argumento, ſed pluribus declarare.

Sed Chriſtus ſæpè variéq; de reſurrectione tractauit, nunc adparendo, nunc loquendo, nunc cõueſcen-

neſcendo,nunc ſe palpabilem exhibendo, &c.

Act.1. *Præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem in multis argumentis per dies 40.adparens eis.*

Sed & hoc quoque,quòd Athenis de reliquis orationem habens Paulus, patienter auditus eſt; in Reſurrectionis autem mentionem incidens, ſeminiverbius dictus eſt &c. à Philoſophis Epicureis Stoicisq́ꝫ. *Act.*17.

* *3.Vtilitatis noſtræ*,vel { 1.*Vitæ correctioris*; 2. *Mortis tolerabilioris.*

* j.*Vitæ correctioris.*

Poſita enim reſurrectione Chriſti,atq; indè noſtra,& præmijs bonorũ & malorum, ſequitur vitæ correctio,vti contra negatis illis sũma corruptela.

D.Chryſoſtom. hom. 42 in Matth. *Reſurrectio ſi tollatur,omnimodũ virtutis,iuſtitiæ,& fidei fundamentũ auferri neceſſe eſt.In omnibus etenim rebus, ſeu corporales,ſeu ſpirituales ſint primaratio & occaſio,quæ laborãtibus effertur,eſt ſpes præmij. Vt colligat agricola,terram ſcindit;vt vincat miles,manum cum hoſte conſerit; & cũ adeò difficile ſit,aliquem in hac vita ſtudioſum ſanctumq́ꝫ eſſe,quis vnquam reperiretur, qui vnoquoque die ſibimet bellum inferret,mortificans voluptates carnis,& delicijs corporis longum vale dicẽs,niſi mẽtis oculis metã & ſignũ reſurrectionis & gloriæ intueretur? Tolle ergò ſpem Reſurrectionis & ſoluta eſt tota obſeruantia pietatis.*

Cic.loquens aduerſus immortalitatis animarum impugnatores penè idem aſſerit.

* ij. *Mortis tolerabilioris.* | 1.*Noſtræ*; 2.*Coniunctiſſimorum.*

Eius enim amici exitus aut auulſio tolerabilior, qui aliquandò vel propediem eſt rediturus.

Vt hyeme ſpoliatis arboribus non admodũ dolemus,ob certam ſpem æſtatis , qua cuncta renaſcuntur: ſic morituris& reſurrecturis minus dolendum.

Acta

Digitized by Google

Aetatis ver nouum ſuccedet (gall. le Renouueau.)

Fratres, nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.

Palingeneſis Pythagorica potuit miſeros conſolari.

Seneca ep. 36. *Aequo animo debet rediturus exire.*

Petrus Chryſologus alicubi ait, Chriſtianum oportere hinc *totam mortis calcare formidinem.*

Vt terribilis ille & indomitus & aliàs nec bello nec alteri rei vtilis Philippi Macedonũ Regis equus Bucephalus, quem ſolus Alexander perdomare potuit, poſtquam ſemel domitus eſt ab eodem Alexandro, poſteà bello, cæteriſqúe rebus idoneus fuit; ſic mors olim omnium terribilium terribiliſſimum, poſtquam à Chriſto ſemel eſt deuicta, facta eſt maximè tractabilis.

Quæ procella olim periculoſiſſima viſa eſt, iàm eſt nauigantium portus.

Paroxyſmus olim crudeliſſimus, iam pro dulci ſomno haberi cœpit.

Labyrinthus olim inextricabilis, iam laborum gratiſſimus creditur terminus.

Mori timeant, quorum cum morte omnia extinguuntur.

Et cur tam perditè deplorem meos Parentes, Maritum, Vxorem, conſanguineos, & familiares &c. quos ſum mox iterum corporatos corporatus viſurus.

Non illos amiſimus, ſed præmiſimus.

III.

Dæmonem contrà valdè ſtuduiſſe fidem Reſurrectionis expungere.

Quo autem fides huius rei firma vtilior, hoc dæmon

mon ad eam vel debilitandam vel penitus tollendam diligentior.

* j *Sadducæos* enim aliquos excitauit eam negantes etiam Chriſti temporibus.

* ij. *Philoſophos* etiam (præter Pythagoræos) æquè omnes: & illos maximè qui animos aiunt cum corporibus vna interire. Italicè: *Io morto, el cauallo mio morto, tutto è morto.*

* iij. D. *Thomam* fecit ad credendum tardiorem.

* iiij. D*uorum iſtorum* oculos tenuit ne Chriſtum agnoſcerent, quem videbant, audiebant. Impedimentum aliquod immiſit Satanas in oculos eorum ſenſo cuiuſdam Theologi non contemnendi Ord. Prædic.

Faſcinauit fortaſſis.

* v. E*utychium* Patriarcham Conſtantinopolitanum excitauit, qui ſcripſit librum contra veram ac tractabilem corporum reſurrectionem.

Sed D. Gregorius adhuc Diaconus Cardinalis Conſtantinopolim à Pelagio Pontifice ad Tiberium Conſtantinum Imperatorem Legatus miſſus, apud eum memorabile etiam illud effecit, quòd Eutychium ipſum ita conuicit, vt eius librum Imperator in ignem inijceret. Quare Eutychius paulo pòſt cum in morbum incidiſſet, inſtãte morte, pellem manus ſuæ tenebat multis pręſentibus, dicens: *Confiteor* quià omnes in hac carne reſurgemus. *Breu. Rom. 12. Martij.*

Itaque vel ex illo tàm acri ſtudio dæmonis conantis ad fidem Reſurrectionis expungendam ex animis noſtris euidetur quantæ ſit vtilitatis fides illius.

Sedem enim belli totius & arcem putat.

In hac ergo fide immoremur & immoriamur, ſi non mori poſt mortem libet &c.

Palea,

Palea, & mica.

Ad illud; *Qui ſunt ſermones iſti* &c. Laudari poteſt Chriſti etiã victoris modeſtia nihil mutata, cũ victoria plerumq; ſuperba fit & inſolens: qui ſuos inueniens qui tamen grauiter ipſum flagrante prælio offenderant alij fuga, alij etiam eiuratione ipſius, tam comiter ſalutet.

Aliter ſe habere, Annibalis ingenium ſpirat.

Annibalem enim ferunt poſt inſignem illam de Romanis victoriã, qua ſecundo bello Punico potititus eſt (in qua tot Romani cecidere, vt tres aureorum annulorum modios Carthaginẽ mittere potuerit cœſis detractos) tantos indè concepiſſe ſpiritus, vt neminem ciuium ſuorum adloqueretur aut ſalutaret. *Plutarch. in vita Annib.*

Chriſtus etſi victo Satana hoſte ſuperbiſſimo prælio in monte Caluariæ commiſſo, rediret cum plenitudine poteſtatis in Cœlo & in Terra, accedit nihilominus ſolita affabilitate ad ſuos.

Eccleſ. 4. *Congregationi pauperum affabilem te facito.*

* 2. *Tu ſolus peregrinus in Ieruſalem* &c. Fortè eo modo loquendi dictum, quo ignaros rerum peregrinos appellamus, quòd ferè peregrini neſciãt res ciuitatum & locorum quæ obiter pererrant.

Hoc modò dixit Horatius opinor. *Quære peregrinum.*

Fuerit ergò tunc huius loci ſenſus: Es tu ſolus huius tragœdiæ neſcius; & hæ voces ſequentes (*Et hæc ignoras*) fuerint ſynonymia quædam, & explicatio harum obſcuriorum (*tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem &c.*)

Ac tùm malè hinc concluderetur Chriſtum his duobus diſcipulis forma peregrini adparuiſſe.

Et tamen non improbo forma peregrini adparuiſſe.

Et ve-

Et verè Chriſtus ſolus peregrinus, quia plerique omnes ſumus mundi ciues per nimium mundi amorem.

Et ipſe vnus è cœlo eſt, nos de terra.

* 3. *Propheta potens opere & ſermone.* Opere inquã, non Creationis tantum aut Redemtionis, ſed Miraculorum, ſed vitæ quoque.

Potens non tam opibus & amicis, quam *opere & ſermone.*

Hæc duo ægerrimè in quoquam vno reperiantur.

Aaron potens ſermone, at opere nõ item. Moyſes potens opere, & ſermone impeditiore.

D. Hieronymus ep. ad Paulinum de omnibus diu. hiſt. libris, quid dicat de indocta ruſticitate, videatur.

Totos 30. annos potens opere vixit; triennium verò tantũ paulo amplius, potens ſermone, vt operibus bonis & vitæ plus ſtudendum eſſe doceret, quam linguæ.

Ioannes Abbas in Scyti, quem Sol iratum nõ vidit emigraturus è vita præcipuum diſcipulis documentum relinquere volens, nunquam quidquã ex ſententia ſua ſe dixit egiſſe, ſed Seniorũ: nũquam aliquid docuiſſe, quod prior ipſe nõ feciſſet. *M. Mar. li. 4. exemp. c. 3. ex vitis PP.*

* 4. *Coram Deo & omni populo.* Coram Deo, contra hypocritas: & omni populo, contra boni nominis negligentiores.

Populo & Deo placere difficile, ac vix mortali conceſſum.

Si adhuc hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem.

Amicitia huius mundi inimica eſt Dei.

Alterutri propè diſplicendum:

Sunt magni quidam & potentes, ſed coram Deo tantum, non etiam coram populo. Et

Digitized by Google

Et nota illud *coram omni populo.* Quis enim omnibus placuit vnquam, vt multis placuerit?

Tot capita, tot ſententiæ.
Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario nimium diuerſa palato.

Coram Deo autem potentem eſſe, hoc potiſſimum.

Inueniſti gratiam apud Deum, pro magno dixit Angelus ad Mariam. *Luc.* 1.

Erat magnus coram Domino, dixit idem de Iohan. Bapt. *Luc.* 1.

DOMINICA IN ALBIS.

Landraci 1613. 14. Aprilis hora 9. antemerid.

Thema *Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.* Ioan. 20.

Dicendum hodie mihi:

1. *Cur Apoſtolorum lapſus permiſſi, & memoriæ poſterorũ traditi: & Thomæ lapſum lapſu Petri fuiſſe grauiorem;*
2. *An* D. *Thomas fuerit verè hæreticus, & vndè illi hæreſis illa;*
3. *Quomodo curatus ab hæreſi:* Et *an etiam tetigerit* Chriſti *vulnera manuum ac lateris;* AVE.

I.

Cur Apoſtolorum lapſus permiſſi, & memoriæ poſterorum traditi & Thomæ lapſum lapſu Petri fuiſſe grauiorem.

Errare, labi, decipi humanum eſt.

Huma-

Digitized by Google

Humanum peccare, perſeuerare Diabolicum.

Apoſtoli ergò quia homines ſæpè antequam Spiritũ Sanctum die Pentecoſtes accepiſſent ſæpè lapſi vt homines, alius verò ſic:

Ambitioſi inprimis: nã Iacobus & Iohannes dextram ac ſiniſtram regni matre intercedente ambiuerunt; *dic* (aiebat mater) *vt hi duo filij mei* &c.

Cæteri quoque *Facta eſt* enim aliquandò *contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior.*

Auidi rerum temporalium: D*omine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael?* interrogabant Chriſtum.

Iudas fur & proditor. Oeconomus malæ fidei, ad reculam ſuam adtentus.

Murmuratores. Iudas de vnguento in caput Chriſti à muliercula effuſo acriter murmurãit, dicens: *Vt quid perditio hæc? potuit enim venundari &c.*

Cæteri commurmurârunt eadem de re.

Fugaces ęquè omnes in Paſſione Domini: Petrus etiam Magiſtri eiurator perfidus &c.

Duo illi viatores in Emaus *ſtulti & tardi corde ad credendum.* Luc. 24.

D. Thomas hic mirè incredulus, aut hæreticus, aut hæretico proximus.

Labi autem ipſos permiſit diuina prudentia, tradiq; memoriæ poſterorum lapſus eorum voluit varijs de cauſis.

* 1. *Vt non glorietur* omnis caro de innocentia.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, vnica forſitan excepta matre Dei.

* 2. Vt appareat quàm infirmus ac labilis ſit homo ſibi relictus, quam fortis Spiritus ſancti gratia roboratus.

Sibi relicti omnes leporibus timidiores.

Quiſque tum *commotæ ad lunam trepidant arundinis vmbram.*

Timuerunt vbi non erat timor : panicis terroribus agitati omnes relicto Domino diffugerunt.

At recepto Spiritu ſancto, ex leporibus facti ſunt leones. Tyrannis pœnè inſultantes.

Prohibẽtius euangelizare dicebant: *Obedire magis oportet Deo quàm hominibus.*

Act. 5. *Ibant Apoſtoli gaudentes à cõſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati.*

D. Andreas conſpicatus procul crucẽ ſibi paratã valdè hilariter ſalutat. *ſalue* inquit *crux pretioſa* &c.

Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an gladius?

Vox Ignatij Apoſtolis coeui; *Ignis, Crux, Beſtiæ, Cõfractio oſsium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant : tantum Chriſto fruar.* Ex lib. 6. Hieronymi de Scriptoribus Eccl. & Breu. Rom. 1. Febru.

D. Gregor. homil... in Euang. videatur.

* 3. *Vt non deſperemus lapſi* poſſe etiàm ſurgere, & cœlum adipiſci.

* 4. *Vt Apoſtoli*, Prælati Eccleſiæ facti eo modò requirerent oues perditas, ac ſic clementer reciperẽt reuertentes, quo modò Chriſtus ipſos.

Vide noſtrum Codrum Euangelicũ Concione 27. parte 3. pag. 447. 448. 449. edit Duac.

* 5. *Vt Thomæ dubitatio* noſtram firmaret fidem.

D. Gregor. homil. 26. in Euang. *Plus enim Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides diſcipulorum credentium profuit: quià dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita in fide ſolidatur.*

Idem hom. 29. *Minus nobis Maria Magdalene præſtitit, quæ citius credidit, quàm Thomas, qui diu dubitauit.*

Morale eſt vt qui fidem exigunt, fidem adſtruant. D. Ambroſ.

Ipſorum Apoſtolorum infirmitas noſtra quædã quaſi futura firmitas fuit.

Per-

Permiſſâ eiuſmodi, vt multi in vno ſanarētur. D. *Aug. tract. 121.*

Fuit autem Thoc homæ peccatum grauius, illo Petri quo Christum negauit.

* j. *Quia Petrus* id fecit magno metu qui caderet in conſtantem virum, poſitus inter ſacrum & ſaxū, inter ſariſſas & halebredas. (gall. *entre les picques, & les halebardes.*)

Thomas verò nil metuens.

* ij. *Petrus ore* tantum negauit, nōn etiam corde, aut ex animo. Thomas verò ex animo. Animus linguæ & vocibus conſonabat.

Et ſunt qui Petri negationes variè conati ſunt eleuare, atque à tanto abſoluere, de quibus videre proſit Codrum noſtrum Euan. *Conc. 27. parte. 1. pag. 442. 443. 444. 445.*

* iij. *Petrus* præſenter tantum peccabat, nihil futurum tempus reſpiciens, ſeu nullum habens continuandi propoſitum, imò forte potius cum propoſito mox ſui purgandi ac dignè pœnitendi, vt faciunt quidam.

Thomas verò & tunc incredulitate peccabat, & ſemper perſeueraturum ſe in ipſa affirmabat, etiā magnopere Deum tentans, cum diceret *Niſi videro &c. non credam.* Nec nunc credo, nec vnquam credam, niſi &c.

Niſi videro &c. Sciebat, aut neſciebat an ſeruatæ eſſent cicatrices.

Si ſciebat, neſciebat an Dominus eas ſoleret ſuis oſtendere. Si nō ſoleret, ipſe ſibi temere promittit, Dominū eius gratia inuſitata facturū. Quaſi verò.

Si ſoleret; promittit ſibi Dominum, pro eius arbitrio & cum libebit, id præſtiturum.

Si neſciebat (quod credibilius arbitror) ergo magis tentabat Deū cui vulnera, quæ iā coaluerāt, volebat

recrudeſcere, & quaſi iterum lanciniari &c. tentatione intolerabili, & crudelitate barbarica.

Tun' tanti tibi ô Thoma, vt hoc velis, aut tanti s Deo, vt hoc tibi præſtet?

* iiij. *Petrus* pauculis horis vna fortè & altera (nã in memorandis Petri negationibus Euangeliſta loquitur de *interuallo facto quaſi horæ vnius*) ſtetit in peccato, atq; audito gallicinio mox *egreſſus foras fleuit amarè.*

Thomas pænè octuduum totum vixit incredulus.

Magnum omninò peccatũ Infidelitatis, vt dicit contrarietatẽ ad fidẽ, qua ſcilicet aliquis repugnat auditæ fidei, vel etiam contemnit ipſam, & in hoc propriè (vt docet Thomas 2.2.q.10.art.1.) ratio infidelitatis perficitur. Nam infidelitatem triplicem ibidem ponit Thomas Aquinas.

Fundamentũ enim concutere ruinæ proximũ eſt.

Fundamentum autem Iuſtitiæ eſt Fides, tam Chriſtianè loquendo, quam Politicè.

Hebr. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.*

Si formale omnis peccati eſt auerſio à Deo, nihil magis à Deo auertit quã hæreſis, aut fidei defectus.

Cætera peccata auferunt gratiam; hoc verò & gratiam, & Dei notitiam.

Per alia deſeritur Deus; per hoc etiàm Eccleſia.

Per alia deſeritur Pater; per hoc & Pater & Mater.

Per alia peccantem, reducit Eccleſia ad Deum: per hoc, non item: quomodo enim me Deo reconcilliet Eccleſia, quam non habeo vt matrem?

Ab alijs peccatis reditus & regreſſus frequens; ab iſto valdè rarus.

III.

An D. Thomas fuerit verè Hæreticus, & vnde illi Hæreſis illa.

Atat!

Atat! An hæreticus ergò Thomas?

Omninò.

Sed notanda paucula circa hanc hæreſis vocem.

Vt diu ante Incarnationem & ante Chriſti regnũ Eccleſiam, Euangelij & Epiſcopi Græca nomina iàm in vſu erant, ſic voces hæreſis & hæretici, & ipſę ex Græcorum officina.

Euangeliũ .n. dicebant olim omne bonum nũtium, & ipſum boni nuntij honorarium quod vulgò dicimus *les blancs gands*.

Cicero ſæpè ſic vtitur epp. ad Atticum.

Epiſcopum verò dicebant veteres quaſi Reipu. Oeconomum & commeatuum Præfectum, quem Gallice poſſis dicere (*General des viures.*)

Quoniam verò nullũ nuntium illo melius quo nuntiatur natus & mortuus nobis & rediuiuus Saluator mundi &c. idcirco Angeli, Chriſtus, & veteres Theologi vocem Euangelij publicam profanamq́ꝫ, priuatam ac ſacram fecêre, & ad regni Chriſti myſteria reſtrinxêre.

Et quoniam nullus paſtus magis neceſſarius, quã ille animorum (non *in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore* Dei:) idcircò qui præfecti ſunt verbo Dei, & reficiendis ſpiritaliter Chriſtianis, vocati ſunt ab Eccleſia Epiſcopi, reſtricto hùc tantum profano vocabulo.

Sic etiam antequam regnum Eccleſiæ eſſet conſtitutum, vox Hæreſis in magno vſu.

Hæreſis enim Græcè, idem Latinè quod optio, electio, vel ſecta. Sumiturq́ꝫ pro quacunque opinione tenaci & cõfirmata de aliquo dogmate, & ſententia electa in qua perſiſtimus, ſeu ea boni fuerit, ſeu mali, & in quacunque arte ac profeſſione.

Cic. prologo in Paradoxa *Cato, perfectus, mea ſentẽtia, Stoicus, & ea ſentit quæ nõ ſanè probãtur in vulgus,*

& in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis: neque dilatat argumentum, ſed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit.

D. Hiero. in c. 5. ep. ad Galat. & in c. 3. ep. ad Tit. *Hæreſis ab electione dicitur, quòd ſcilicet Hæreticus eam ſibi eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem.*

Hæreticus ergò propriè etiam Ethnicis dicitur, qui eſt alicuius opinionis vel ſectæ cum conſtantia.

Reſtrictum verò hoc nomen iampridem ad ſignificandas ſectas maximè religionum.

Hinc in Actibus ſæpè nominantur hæreſes tàm Sadducæorũ & Phariſæorum quã Chriſtianorũ.

Act. 5. *Quæ eſt hæreſis Saducæorum.*

Act. 15. *Surrexerunt quidam de Hæreſi Phariſæorum.*

Act. 24. *Secundum ſectam, quam dicunt hæreſim.*

1. Cor. 11. *Oportet hæreſes eſſe.*

Titum 3. *Hæreticum hominem, poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt.*

In regno autem Chriſti ſeu Eccleſia Catholicorum ità definitur: *Hæreticus eſt is qui fidem aliquandò profeſſus, pertinaciter ſequitur errorẽ illi veritati maniſeſtè contrarium, quæ Catholica & recepta ſit.* Vide Melchiorem Canum l. 12 de locis Theol. c. 7. & 8.

D. Aug. l. de vtilitate credendi ad Honoratum c. 1. *Hæreticus eſt, qui falſas opiniones vel gignit, vel ſequitur.*

Hæretico ergo accidunt:
- *1. Fuiſſe profeſſum fidem Chriſti;*
- *2. Errare in materia Fidei Chriſtianæ;*
- *3. Errare contra Catholicam ac receptam veritatem;*
- *4 Pertinaciter errorem tueri.*

* 1. *Fuiſſe profeſſum* fidem Chriſti.

Ecquis enim neſciat morales actus ex diſpari hominum ſtatu, conditione, affectu, notitiæq; diuerſitate, diuerſas item nominationes ſpeciesqúe ſortiri?

Error

Digitized by Google

Error igitur ille, Chriſtus non eſt verus Deus, tãetſi in quocunque cuiuſcunque conditionis homine fidei Catholicæ repugnat, in Iudæo tamen vocabitur Infidelitas Iudaica, in Pagano Ethnica vel Paganica; in Chriſtiano autem ſolo hæretica.

Niſi adeò loquendi imperiti ſimus, vt eiuſdem erroris culpam in Pagano hęreſim appellemus. *Vide Melch. Canum loco citato.*

* 2. *Errare in* materia fidei Chriſtianæ.

Nàm errare in moribus, in legibus, in artibus liberalibus aliquis poſſit ſine hæretici nota.

* 3. *Errare contra Catholicam* ac receptam veritatem.

Nam in nõdum definitis aliter tenere quã multi, nondum Hæreticũ. Verbi cauſa: Cùm D. Cyprianus teneret ab Hæreticis baptizatis rebaptizãdos, Hæreticus dici non poterat, quod nondum de re ea tota Eccleſia definiuiſſet.

Item; ſi quis nunc cum Franciſcanis, cum Sorbona, cum Ieſuitis mordicus teneat B. Mariã ab originali præſeruatã; aut cũ alijs quibuſdã aſſerat cõſtãter, nõ præſeruatã, ſed tantũ mox mox repurgatam, neutra pars notanda hæreſeos, quum adhuc *Theologi certent, & adhuc ſub Iudice lis ſit*, ſitq́ res nondum ab Eccleſia definita.

* 4. *Pertinaciter errorem tui.*

Obſtinacia enim ſola aut maximè facit Hæreticum.

Hinc illa D. Auguſtini de ſe ſententia toto orbe cantatiſſima: *Errare poſſum, hæreticus eſſe non poſſum.*

Idem Aug. contra Fauſtum .... *Si qui ſententiam ſuam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem tanta ſolicitudine veritatem, corrigi parati, quum adiuuerint, nequaquàm ſunt inter hæreticos deputandi.*

Poſſum (quod Deus auertat!) & quiuis alius, è ſuggeſto ac pulpito docere aut docuiſſe, & in libris meis ſcribere aut ſcripſiſſe hæretica non hæreticè neque hæreticus, quia non ſum (Laus Deo) obſtinatus aut pertinax, ſed errorẽ omnẽ agnitũ libens recãtaturus: & cũ D. Hieronymo ſic dicta ac ſcripta mea termino: *Si minus peritè, aut parum cautè fortè aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te Papa beatiſſime qui Petri fidem & ſedem tenes.* D. Hierony. in ep.

Idem ep. 25. ad Damaſ. l. 1. ep. edit Caniſ. *Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri, communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam* Eccleſiam *ſcio.*

Melius eſt enim panem mendicare, quam fidem perdere. Idem ibid. epiſt. ad Apronium.

Quã multa erroneè, non tamen hæreticè ſcripta à Lactantio illo lactei oris Oratore, ac fortaſſis ab Origene illo Magno omnium doctorum cote, vt vocat Greg Nazians.

Hæretic⁹ ergò haud dubie perfect⁹ fuit D. Thõ.

* j. *Primùm* enim profeſſus fuerat Chriſti fidem, iam Apoſtolus, atque ex veteranis.

* ij. E*rrabat in* materia fidei, circa reſurrectionẽ Chriſti ſcilicet ac noſtram, ac circa Chriſti potentiam, vt quem reſurgere non potuiſſe credebat ex mente Chryſoſtomi homil. 86

Quid enim tam fidei eſt, quam ipſi ſymboli Apoſtolici articuli?

Credo in Deum Patrem Omnipotentem &c.

Tertia die reſurrexit à mortuis.

C*arnis reſurrectionem &c.*

iij. E*rrabat contra* Catholicam veritatem.

Petrus iam crediderat ſurrexiſſe Dominum ex apparatione tam priuatim ac ſoli ſibi facta, quam publicè cum reliquis.

Credi-

Crediderant duo peregrini reuerſi ex Emmaũte. *Luc. 24.*

Crediderant vndecim, ijdem ipſi qui Thomæ prædicarant *Vidimus Dominum*. Ioan. 20.

Crediderat Maria Virgo.

Crediderat Magdalena, quæ Chriſtum viderat ſpeciẹ hortulani.

Crediderant reliquæ mulieres, quæ ierant primo diluculo ad monumentum exequias vltimas defuncto exhibituræ.

Ac ſic creditum receptumq́ꝫ tota Eccleſia (quanta quanta tunc erat; puſillus grex tunc quidem tamen Eccleſia Catholica) Chriſtum reſurrexiſſe. Thomas vnus ac ſolus non credebat:

* iiij. *Pertinax erat.*

Non enim tantum aiebat *Non credo*, ſed *non credam, niſi videro* &c.

Et habuit Thomas genium planè ac ſpiritum hæreticorum.

Hæretici ferè ſunt
- 1. *Senſuum corporis mancipia;*
- 2. *Contemtores cæterorum;*
- 3. *Impij ac parum religioſi;*
- 4. *Crudeles.*

* 1. *Senſuum corporis mancipia.* Quod non vident, non credunt.

Contra illud Iſai. *Niſi credideritis, non intelligetis.*

Et illud Greg. homil. 26. in Euang. *Nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.*

Contra etiam quàm fecerit quidam pius Anglorum Rex (opinor) qui Chriſtum viſibili ſpecie in Euchariſtia in Miſſæ Sacrificio adparentem, ſpectatum ire noluit, ne fidei meritum amitteret.

Pſal. *Credidi, propter quod loquutus ſum.*

Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

Quaſi verò ſenſibus falli non ſæpè contingat.

Digitized by Google

Poſſum (quod Deus auertat!) & quiuis alius, è ſuggeſto ac pulpito docere aut docuiſſe, & in libris meis ſcribere aut ſcripſiſſe hæretica non hæreticè neque hæreticus, quia non ſum (Laus Deo) obſtinatus aut pertinax, ſed errorē omnē agnitū libens recātaturus: & cū D. Hieronymo ſic dicta ac ſcripta mea termino: *Si minus peritè, aut parum cautè fortè aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te Papa beatiſſime qui Petri fidem & ſedem tenes.* D. Hierony. in ep.

Idem ep. 25. ad Damaſ. l. 1. ep. edit Caniſ. *Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri, communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam* Eccleſiam *ſcio.*

Melius eſt enim panem mendicare, quam fidem perdere. Idem ibid. epiſt. ad Apronium.

Quā multa erroneè, non tamen hæreticè ſcripta à Lactantio illo lactei oris Oratore, ac fortaſſis ab Origene illo Magno omnium doctorum cote, vt vocat Greg Nazians.

Hæretic⁹ ergò haud dubie perfect⁹ fuit D. Thō.

* j. *Primùm* enim profeſſus fuerat Chriſti fidem, iam Apoſtolus, atque ex veteranis.

* ij. E*rrabat in* materia fidei, circa reſurrectionē Chriſti ſcilicet ac noſtram, ac circa Chriſti potentiam, vt quem reſurgere non potuiſſe credebat ex mente Chryſoſtomi homil. 86

Quid enim tam fidei eſt, quam ipſi ſymboli Apoſtolici articuli?

Credo in Deum Patrem Omnipotentem &c.

Tertia die reſurrexit à mortuis.

Carnis reſurrectionem &c.

iij. E*rrabat contra* Catholicam veritatem.

Petrus iam crediderat ſurrexiſſe Dominum ex apparatione tam priuatim ac ſoli ſibi facta, quam publicè cum reliquis.

Credi-

Crediderant duo peregrini reuerſi ex Emmaũte. *Luc.24.*

Crediderant vndecim, ijdem ipſi qui Thomæ prædicarant *Vidimus Dominum.* Ioan. 20.

Crediderat Maria Virgo.

Crediderat Magdalena, quæ Chriſtum viderat ſpecie hortulani.

Crediderant reliquæ mulieres, quæ ierant primo diluculo ad monumentum exequias vltimas defuncto exhibituræ.

Ac ſic creditum receptumq́; tota Eccleſia (quanta quanta tunc erat; puſillus grex tunc quidem tamen Eccleſia Catholica) Chriſtum reſurrexiſſe. Thomas vnus ac ſolus non credebat:

* iiij. *Pertinax erat.*

Non enim tantum aiebat *Non credo*, ſed *non credam, niſi videro &c.*

Et habuit Thomas genium planè ac ſpiritum hæreticorum.

Hæretici ferè ſunt
1. *Senſuum corporis mancipia;*
2. *Contemtores cæterorum;*
3. *Impij ac parum religioſi;*
4. *Crudeles.*

* 1. *Senſuum corporis mancipia.* Quod non vident, non credunt.

Contra illud Iſai. *Niſi credideritis, non intelligetis.*

Et illud Greg. homil. 26. in Euang. *Nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.*

Contra etiam quàm fecerit quidam pius Anglorum Rex (opinor) qui Chriſtum viſibili ſpecie in Euchariſtia in Miſſæ Sacrificio adparentem, ſpectatum ire noluit, ne fidei meritum amitteret.

Pſal. *Credidi, propter quod loquutus ſum.*

Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

Quaſi verò ſenſibus falli non ſæpè contingat.

Digitized by Google

Niſi videro(ait Thomas)*niſi mittam digitum &c. niſi mittam manum meam in latus eius, non credam.*

Videre vult,& tangere.

*ij.*Contẽtores cæterorũ*,coęuorũ,maiorũ,Patrũ &c.

Cæteri ipſis comparati,aſini meri ad lyram; talpa cæciores.

Les autres ne ſont rien ſinon que groſſes beſtes,
Gros chapherons fourrés,graſſes & lourdes teſtes,
S. Ambrois,S.Hierosme,& les autres Docteurs,
N'eſtoiẽt que des reſueurs, des fols,& des menteurs.
Auecq eux ſeulement le S. Eſprit ſe trouue,
El du S.Euangile ils ont trouué la febue , ait de ipſis Petrus Ronſardus parӕneſi ad pop. Galliæ.

D.Thomas quoque obliquè videtur Coapoſtolos ſuos accuſare nimis acceleratæ credulitatis, ſi D.Hylario credimus.

Q.d. *Qui citò credit,leuis eſt corde.*Eccli.19.

Vos nimium faciles, ac leuiculi qui crediderítis quia aliquid ei ſimile vidiſtis.Digitum immittere in loca clauorum, & manũ in latus oportuerat. Ego certè *niſi videro,& niſi mittam &c. non credam.*

Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.

Itane? de tanto negotio tam præceps veſtra credulitas?

* iij. *Impij ac parum* religioſi,in ſacra vti in profana inuolant.

Tu quoque Thoma etiam illotis fortaſſe manibus ſacrum illud corpus , adoranda illa vulnera adtrectabis?

Tu mortalis immortalem iam ac beatum audeas adtingere?

Etiam digitos immittere? & manum in latus ad corculum vſq;?

Etiam hic Petrus multo te religioſior , qui aliquandò in naui dixit Domino Ieſu; *Domine recede à me.*

me, quià homo peccator ſum.

Sed & Centurio qui dixit. *Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.*

Tu ad viſcera vſque Dei tui profana manu vis penetrare!

* iiij. *Crudeles.* Veri Perilli, veri Buſyrides &c.

Perillus vacca ęnea torrefacta docuit hominem enecare? Quid nō crudelitatis in Gallia, in Anglia, in Batauia quoq; inuentum in Catholicos.

Luſitatum alicubi globis in capita viuorum Frāciſcanorum in terram infoſſorum.

Ad capita eorum quaſi ad ſigna è bacillo aut pluma, iactati globi.

Quibuſdam glires inter pectus nudum & peluim æneam incluſi, & pelui ſuperpoſiti ignes, vt æſtus impatientes glires in viſcera miſerorum ſuffodiendo penetrarent.

D. Thomas etiam hic crudelis. *Niſi mittam digitum in loca clauorum, & manum in latus* (inquit) *non credam.*

Quid? etiam ne vis vulnera Domini Ieſu refricare? imò & digitis quaſi nouis terebris dilatare?

Non ſatis tibi ſemel clauis à Iudæis eſſe perfoſſas illas innocentes manus?

Non ſatis ſemel à Longino mortui latus lancea ictum ſine ſenſu doloris? tu rediuiui latus manu explicata vis tangere & ingredi cum ſenſu doloris, ſi forſan poſſis!

Non ſatis tibi, quòd in Paſſione *vulnus & plaga tumens non eſt circumligata, neq; fota oleo, neq; curata medicamine?*

Etiam modo non pateris ea coaleſcere?

Quandò erit, vt Samaritani inſtar fundas oleum vinumq; in eius vulnera?

Ah!

Ah! crudelis tu nimium ô Thoma!

Ita eſt: ſed nos nihilo mitiores, qui toties peccando, grauiori dolore, eius vulnera refricamus.

Hæreticus ergò hactenus quacunque ſpectes, D. Thomas fuit.

Vndè verò hæreſis tanta illius, ſi quæris, expediam.

Hæreſis hæc Thomæ ex
1. *Alijs antè peccatis*;
2. *Abſentiâ ab Eccleſiâ*;
3. *Incredulitatibus alijs*;
4. *Cauillatione naturali*;
5. *Indignatione ac zelotypiâ.*

* 1. *Ex alijs ante peccatis.*

Scitum illud eſt: Hæreſim nunquam primum eſſe peccatum.

D. Gregor. lib. 1. hom. 11. in Ezech. *Quaſi quædam ſunt in peccatore ſupplicia ipſa incrementa vitiorum.*

Pſal. 68. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.*

Rom. 1. Philoſophi *quià cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt*, traditi ſunt in reprobum ſenſum.

Lutherus quià auarus, ambitioſus &c.

Caluinus, quia ſic vixit, vt humeris lilia gallica turpiter impreſſa geſtare meruerit, huc euaſit.

D. Thomas etiam ante variè peccârat, vt ſequitur.

* 2. *Abſentiâ ab Eccleſiâ* ſcilicet & reliquorum Apoſtolorum conſortio. *Thomas non erat cum eis, quando venit Ieſus*. Luc. 24.

Cum bono, bonus eris.
Cum ſancto, ſanctus eris.

D. Hieronymus ep. 25. ad Damaſ. lib. 1. edit. Caniſ. *Quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio.*

Vaga-

Vagabatur fortaſſe tunc Thomas, plateatim & domitim, cum domi & in nidulo ſuo cum cæteris Apoſtolis incluſum iam eſſe oporteret.

Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam, vſq; ad veſperam. Pſal. 103.

Domicęnijs abſentes non fruuntur: largitiones diſtributionesq́; illæ Canonicæ ſolis dantur præſentibus.

Diſcite ſtatis diebus horisq́; à cœtu fidelium non abeſſe; Miſſis, Concionibus, Catechiſmoq́; intereſſe &c. ne per abſentiam frater Iacob fratrem Eſau priuet ſua benedictione.

Iura fauent vigilantibus, præſentibus atque inſtantibus.

* 3. *Incredulitatibus alijs.*

Chryſoſtomi enim ſenſo, hæc incredulitas de Chriſti reſurrectione completa, ex alia incredulitate, qua Chriſtum non poſſe reſurgere credebat, naſcebatur. *Chryſoſt. homil 86.*

Vel forte inde, quod Chriſtum non crederet eſſe Deum. D. *Aug. ſer.* 159.

Sanguis ſanguinem tetigit.

Paruus error in principio, magnus fit in fine.

Flumina magna vides de paruis fontibus orta. Ouid.

Modicus ignis quantam ſyluam incendit! Iac.

D. Hierony. lib. 3. comment. in ep. ad Galat. c. 5. *Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim obpreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.*

* 4. *Cauillatione naturali*, nutrita ſpiritu contradictionis, quo inſtigante dixerat prius, *Neſcimus quò vadis, & quo modo poſſumus viam ſcire?* D. Chryſoſt. vbi ſup.

Ioan. 11. *Eamus & nos, & moriamur cum illo*, quidam exponunt ab illo dicta contemptim atque ex irreuerentia.

Cauil-

Cauillatoribus in promtu eſt omnia cauillari.

Sed & viciſſim ipſis ab alijs cauilli ſtudioſè conſtruuntur, aut ipſos contemtus conſequitur.

* 5. *Indignatione ac zelotypia*, quòd Ieſus tum apparuiſſet cæteris, cum abeſſet ipſe. *Cyriaus.*

Hac tantùm volebat ſibi impetrare atq; extorquere à Domino, quantum alijs ſpontè conceſſum.

Hæreſes profectò ex indignatione & animoſitate ſæpè naſcuntur.

Q. d. Quid putem? contemtumne me?
Mene incepto deſiſtere victam?
Nec poſſe Italia Teucrorum auertere Regem? aiebat illa Iuno apud Virgil. 1. AEneid.

I I I.

Quo modo curatus ab Hæreſi: Et *an etiàm tetigerit Chriſti vulnera manuum ac lateris.*

At quis curauit tandem? & quo modo? quibus medicamentis? Chriſtus (inquam) magnus medicus, qui pertranſijt ſanando omnes. Sanauit citò, adhibitis tantum tribus (vt ſic dicam) pilulis, & illis ipſis quas æger expetebat.

Deſperatis enim morbis nonnunquam medici ægris optata omnia permittunt: & aliquandò etiam Deus.

Pſal. Et *dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.*

Et ſæpè quòd ſapit, nutrit.

Datæ ergò Thomæ ab Hippocrate animarum Chriſto pilulę tres auratę { 1. *Viſionis*; 2. *Auditionis*; 3. *Contrectationis.* }

* 1. *Viſionis.* Nam *Poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio.* Ioan. 20.

Spe-

Digitized by Google

Spectandum ſe illi quoq; præbuit, ſua manuum pedumq́; vulnera, & perfoſſum latus, os humeroſq́ue Deo ſimilem.

* 2. *Auditionis*. Nam vt in medio ſuorum conſtitit *dixit, Pax vobis*. Ioan. 20. *Fides ex auditu*.

D. Aug. ſerm. 147. de Temp. *Locutus eſt non ſolum verbis ad aures eorum, ſed etiam ſpecie ad oculos eorum*.

Deinde dicit Thomæ Infer digitum tuum huc &c. & poſt confeſſionem Thomæ ſubiecit, *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti* &c.

Magna vocis certitudo. Itaque quoties reſpōdimus ianitoribus notis. *Ego ſum*, etiam tacito nomine, ianuis nobis quaſi abundè notis aperiunt. Illud (*Ego ſum*) omni lingua, omnium primum ſymbolū eſt & valdè certum. *Loquela tua manifeſtum te facit*.

Iſaac vietus etſi viſu careret, tactuq́; falleretur, auditu tamen certiſſimè iudicauit. *Vox quidem, vox Iacob eſt* &c. Geneſ.

Audit præterea vocem intùs latentis Dei, quum illum talia dicere totidem pœnè verbis audit, qualia dixiſſet ipſe, nullo accuſatore.

* 3. *Contrectationis*. Dixit enim Ieſus Thomæ, *Infer digitum tuum huc* &c.

Et; *affer manum tuam, & mitte in latus meum*. Palpa, ne putes phantaſma eſſe.

D. Aug. ſer. 147. de temp. *Parumq; erat ſe præbere cernendum, niſi etiam offerret pertractandum, atq; palpandum*.

Manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ.

In ore duorum aut trium teſtium (& totidem ſenſuum corporis) *ſtet omne verbum*.

Quid debui facere vineæ meæ, & non feci?

Quæritur verò, an Thomas tetigerit man⁹ & lat⁹ Chriſti.

* 1. *Sunt qui negent* adtigiſſe, ſed contentū vidiſſe, audiſſe, dixiſſe *Dominus meus & Deus meus*, Pilulam illam

illam vltimam precioſiſſimam non ſumſiſſe ægrum iſtum; antè conualuiſſe.

Euthymius in hac mente. Ratio. Quòd non ſit additum *Quia tetigiſti*; ſed tantùm dictum *Quia vidiſti me*.

* ij. *Sunt qui* adfirment, vt D. Auguſt. D. Leo Papa, D. Gregor. Et D. *Thom. 3. p. q. 54. art. 4.* Alex. Halenſis, & Albertus Magnus.

D. Gregorius homil. 26. in Euang. *Nunquid caſu geſtum creditis, vt electus ille diſcipulus tunc deeſſet, poſt autem veniens audiret, audiens dubitaret; dubitans palparet, palpans crederet?*

Ibid. *Egit miro modo ſuperna clementia, vt diſcipulus ille dubitans, dum in Magiſtro ſuo vulnera palparet carnis, in nobis ſanaret vulnera infidelitatis.*

Ibid. *Dum ille ad fidem palpando reducitur; noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita, in fide ſolidatur.*

Ibid. *Factus eſt diſcipulus dubitans & palpans, teſtis veræ reſurrectionis.*

Idem homil. 29. in Euang. *Ille dubitando vulnerum cicatrices tetigit, & de noſtro pectore dubitationis vulnus amputauit.*

Card. à Turrecremata ait Thomam, licet ei ſufficeret vidiſſe, & per viſum credidiſſe, vti & credidit, tamen propter nos tetigiſſe, vt à nobis omnem dubitationem excluderet, quòd futurus eſſet teſtis Reſurrectionis.

D. Leo conſonat dicens; *Sufficiebat ad fidem propriam vidiſſe quod videbat, ſed nobis operatus eſt, vt tangeret quod videbat.*

Volebat Thomas ſic poſſe Gentes alloqui. Credite de reſurrectione Chriſti prædicanti. Non enim vidi tantum, & audiui hominem rediuiuum, ſed etiam hos digitos in vulnera manuum eius, hanc manum in latus eius rediuiui ingeſſi: *Manus noſtræ contrectauerunt* &c. Auri-

Digitized by Google

Auritus ego & oculatus teſtis, imò & contrectabor. quid mihi credere dubitatis? &c.

Reſpondendum ergò Euthymio ex Auguſtino;

* 1. *Videre*, poni in ſcripturis pro ſenſuum aliorum omnium functione.

* 2. Non adijci, *quia tetigiſti me*, quoniam alijs, nō ſibi tetigiſſet.

Beneficium publicum noluit Deus facere priuatum Thomæ peccatum.

De hac tota quæſt. vide apud Franc. Toletum multa, annot. 27. ad c 20. Ioannis.

Itaque iam ſatis euidetur quid ſit reſpondendum quærentibus cur ſeruarit Chriſtus vulnera illa quinq; illuſtria: nēpè (præter alias cauſas) vt ſic Thomæ hęreſin & morbum animi curaret.

Conſeruam illam roſatam pręuidebat futuram D. Thomæ neceſſariam. O Paſtorem Optimum!

Et notate Paſtores hanc Chriſti in quęrenda oue hac vna & diligentiam & indulgentiam.

Quærit citò. *poſt dies enim octo* redit, vbi & Thomam eſſe ſciuit.

Principijs obſta.

Obprime, dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi. Ouid.

D. Hierony. vbi ſup. *Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim obpreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.*

Sermo eorum vt cancer ſerpit.

Verbis deindè minimè aſperis caſtigat, & velut ſubplicat, *Noli* (inquit) *eſſe incredul⁹. ſed fidelis.* Ioa. 20.

Sunt nonnulli, *quibus opus Doctore* tantum, *non tortore.*

FERIA II. POST PENTECOſten 27. Maij 1613. Remis in Galliâ in Eccleſiâ Cathedrali S. Mariæ hora 12.

Thema. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Ioan. 3.

Exordium è re nata.

HOdiè (Domini mei Galli, Chriſtianorum populorum gens Chriſtianiſſima) cogitur elinguis & rudis Burgundio aut VValo nobiliſſimum hoc ſuggeſtum conſcendere, & Gallis diſertiſſimis barbariem ſuam oſtendere. Patientia; ſic enim Gallicitatem veſtram mihi liceat effingere.

Vndè primum exordiar? Vndè aptius quam à verbis iſtis Angelorum mox à nato Chriſto ad Paſtores, Gloria in altiſſimis Deo, & in terris pax hominibus bonæ voluntatis?

Iam enim Deum Opt. Max. quam poſſum maximè laudo, eiq́ue gratias quantas poſſum ago, quòd tam multis iam argumentis probat, pacem iam tot annos inter Regè veſtrũ Chriſtianiſſimũ Henricũ IV. & Philippũ II. Catholicum noſtrum initam firmatamq́, aut æternam fore, aut annis quampluri-mis duraturam, quod omnes boni vtrimq; haud dubiè vouent.

Nam Matrimonia vtrimq; duplicata Gallorum Regum cum Hiſpanis.

Ex

Ex Galliæ Regibus Maſculus & Fœmina, cum Maſculo & Fœmina Regum Hiſpaniæ liberis coniunctos audimus aut breui coniunctum iri ſperamus, quod fœlix fauſtumq; ſit ipſis coniugibus primum, deindè parentibus ipſis, ac deniq; etiam vtrique Regno.

Si enim nuptię vnius Didonis cum AEnea ſpem Iunoni pronubæ faciebant populos Troianorum Carthaginienſiumq; poſſe coaleſcere, quanto maiorem ſpem faciunt duplicata hæc matrimonia Galliæ cum Hiſpania, vtrumq; populum, vnum ſi non legibus, certè animis & armis fore?

Facient ſpero hæc vtraque vnum.

Erunt duo in carne vna.

Hæ nuptiæ velut quidam lapis angularis, & cæmentum fœderis.

Hæ nuptiæ, velut quædam pluuia tempeſtiua ad irrigandam Pacis plantã, ita ſpero, & Superi faxint!

Sed & indè ſpem nobis æternæ Pacis facit Deus, quòd videamus etiam Reges ipſos, vnius Gentis, Regibus & Principibus alterius Gentis nuper recõciliatæ vel munera gratuita & inexpectata mittere, vel petita nõ negare ac concedere perlibẽter.

A paucis enim retrò diebus Beati Alberti martyris corpus, quod apud vos tamdiu in pace quieuit, Albertus Archidux Belgarum Princeps Sereniſſimus à Ludouico XIII. Rege veſtro Chriſtianiſſimo & Regina matre Auguſtiſſima auguſtum munus gratis accepit, vndè & vobis gratias per hanc occaſionem ago immortales Principis Patriæqúe noſtræ nomine, etſi omninò iniuſſus, quòd ſciam Principibus noſtris Sereniſſimis hoc officij atque vrbanitatis non ingratum fore, quin potiùs multò iucundiſſimum.

Munera (crede mihi) placant homineſq; Deoſq;.

Placatur donis Iupiter ipſe datis.

Quid quòd etiam ipſos populos, & in ipſis priuatos quoq; vnius Gentis fauere, bene facere populis priuatiſqúe alterius Gentis iam videmus? honoreqúe inuicem præuenire!

Teſtes adhuc viuos ſanoſq; habetis, ex quibus intelligere poſſitis, quanto fauore, honore, ac beneuolentia Pagi omnes, Oppida Vrbeſq; Belgij noſtri Gallos illos exceperint, qui honorario comitatu ſacrum B. Alberti corpus hinc in Belgiū dignati ſunt; D. Decanum Eccleſiæ huius Metropolitanæ meritiſſimum, & D. Auratum, Ronſardum illum veſtrum rediuiuum dico.

Teſtis etiam ipſi ſumus quanto gaudio adplauſuqúe Galli ſacras B. Alberti reliquias ad Belgas amandarint, aduexerint, adeò vt penè donatoribus ipſis videretur beatius dare quàm nobis accipere, fereq; profuſius iubilarent qui dediſſent, quam qui acciperent.

Vt Hilarē datorē diligit Deus, ſic homo quiuis.

Liceat quæſo hic, hac occaſione, ſine inuidia de me loqui.

Ego quoque anno ſuperiore Pariſijs in ipſis abditis Luparæ penetralibus Regi veſtro Chriſtianiſſimo Ludouico XIII. Opus quatuor voluminibus conſtans dicaui, obtuli, atq; in regias manus dedi. & quidem motu proprio, nullius neque magnatis neq; popularis hortatu, vt etiam hinc non ſolum arma gentis noſtræ, ſed & animos quoq; ſincerè Gallis reconciliatos eſſe teſtarer.

Quin etiam hodiè hac concione Gallorum Belgarumq; coniunctio euideri poteſt.

Gallorum, qui aduenam ad tam auguſtum ſubgeſtum inuitāt pœneq; cogunt, ſed coactione amoris pleniſſima.

Dom.

Dom. enim Decanus veſter cum illum hodiè ſalutandi ergò accedo,ſuggeſtum hoc mox mihi reciproco honore offert, orat, cogit amiciſſimè vt concionem tranſiens ad Gallos habeam, quam rem niſi ego in honoribus numerem, non ſatis ſciam quid honos ſit.

Nam in vrbe totius Chriſtianitatis Gallicæ fonte,in vrbe quæ Reges Gallorum Chriſtos creat, in vrbe ampliſſima ac Campaniæ Metropolitana atq; in templo hoc eius Cathedrali, hoc Pentecoſtali feſto, hac quatuor aut circiter milium Gallorum hominũ circũſtante corona poſſe dicere, omninò glorioſum, maximè neq; ſperanti neq; adfectanti.

Belgarum autem; quòd ego homo Belga, viator, atq; imparatus Gallo huc inuitanti tam comiter, volẽs nolens quidem, ſed tamen comiter quoque adſenſi, ne quid homo Belga homini Gallo negaſſe videretur.

Nam profectò quãto me D. Decanus veſter honore adfecit munus hodiè concionandi offerendo,tanto me ac paulò maiori periculo expoſuit.

Non honor eſt,ſed onus,imò eſt honor, eſt & onus. Nam ſi quam apud meos dicẽdo adeptus fortè ſum gloriam,(quod perfacile eſt, cum noſtrates non niſi noſtrate lingua ferè vtantur,& Concionatores ferè omnes aliquid melius quam purè noſtratem linguam eructemus, & Rex ſit luſcus inter cæcos:) eam omnem apud Gallos homines auris linguæqúe purgatiſſimæ dicendo vel horula vna poſſum amittere.

Aut ſi quid calamo famæ peperi, lingua poſſim perdere.

Sic enim profectò de tenuitate mea ſentio vt cum Poeta poſſim dicere.

Barbarus hic ego ſum quia non intelligor vlli.

Deindè, vt Gallicè & pari vobiſcum puritate loqui poſſim, re ipſa tamen atq; argumento & dicendi modo diſplicere poſſum.

Nam quî aliter? Tres enim dumtaxat aut circiter horæ ad meditandum datæ: tempus ſanè infœlicitati ingenij mei nimis breue, etſi alijs fortè ſatis longum ac redundans.

Deindè; & viator ſum, ac proindè animo quoq; deerrans, & longiore ad dicendum recollectione egens.

Deniq; & ſine libris, non quidē omnibus, ſed nō meis, in qua quidē re ego ſemper multum momenti ad dicendum ſcribendumq; eſſe duxi.

Cæterum, quia gloriam ſuam non quærit qui ſtudet gloriæ Dei, & malui Gallis placere obediendo atq; annuendo petitioni quam mihi, refragando; duram hanc ſubiui prouinciam.

Velim quidem Auditores eruditiſſimis auribus veſtris & digna & dignè dicere, ſed ſi aliter acciderit, facilis vobis erit ſemihorulæ malè collocatæ iactura, quantumdem dumtaxat patientiæ à vobis poſtulo.

Dicendum ergò hodiè mihi

1. *Quibus notis Dei in nos amor euideri poſſit;*
2. *Neceſſariam nobis fuiſſe Filij Dei ad nos miſſionem ſub vtroq; hominis ſtatu, magis tamen ſub vltimo;*
3. *Donum illud magno nobis conſtitutum ingratis & abutentibus.* AVE.

I.

Quibus notis Dei in nos amor euideri poſſit.

Notitiam quidem cordium & affectuum noſtrorum vni ſibi ac ſoli Deus reſeruauit, ſic vt non modò homines, ſed ne Angeli quidem ſeu boni ſeu mali introſpicere aut internôſſe ea poſſint.

Nume-

Numerant enim inter caſus Deo reſeruatis,	1. *Creationem;* 2. *Gloriam & Sacrificium;* 3. *Scrutationẽ & cognitionẽ cordiũ.*

Sed tamen & viæ quædam ſunt quibus internoſcantur.

Scire libet, quo in te animo ſit quiſpiam? Effectus vide. *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Matth. 7. Affectum effectus oſtendunt.

D. Gregor. homil. 30. in Euang. *Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis.*

Opera ac notæ dilectionis præcipuæ, ſunt iſtæ ferè	1. *Erectio iacentis aut nobilitatio;* 2. *Beneficentia magna;* 3. *Luctus magnus de amiſſo;* 4. *Sedula amiſſi requiſitio;* 5. *Redemtio pretioſa.*

Eædem omninò diuinæ in nos charitatis ſunt notæ.

* 1. *Erectio iacentis, aut nobilitatio*, qualis fuit Ioſephi à Pharaone è carcere ad regnum euecti, Danielis è lacu à Nabuchodonoſore: Amanis Macedonis è gregario milite ab Aſſuero; Bironij ab Henrico IV. Laburloti à Philippo II.

Terent. in Andr. Act. 1. Scen. 1. Simo ſenex ita loquitur Soſiæ ſeruo.

Ego poſtquam te emi à paruulo, vt ſemper tibi
Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus.
Scis, feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi
Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi.

Vis ergò noſſe amorem Dei erga genus noſtrum?

Videbis, ſi intelliges Deum illum eduxiſſe ex nihilo, creaſſe, ac *conſtituiſſe* eum *ſuper omnia opera manuum ſuarum.* Pſal. 8.

Creaſſe illum Regem vniuerſi.

Digitized by Google

Conſtituiſſe illum finem reliquæ viſibilis creaturæ.

Denique videbis; ſi adtendes Deum hominem factum eſſe ex homine, qua vna re etiam Angelis ſic inuidendos nos fecit, vt huius adſpectu ipſi lapſi ſint.

Putarunt enim illi Proceres & Principes ſanguinis (vt ſic nunc dicam) regij, ſe affici iniuria, quòd homo Deus factus in Chriſto, imò homo purus putus in Maria Virgine, ſibi aliquandò in conſenſu beatorum præferretur. *Sic voluere Parcas.* 1. AEneid.

Nuſquam Angelos adprehendit, ſed ſemen Abrahæ.

Quanti fieret ille mendicantium ordo, ſi ad vnum ex ipſis aliquem aliquis ex regijs Henrici IIII. auguſtæ memoriæ liberis intraret, etiam cum alijs cultum ſaccumq; mendicitatis geſtaturus!

De Deo ab Incarnatione dicere homines potuerunt, *Ecce Adam*, ecce Deus, *quaſi vnus ex nobis.* Geneſ. 3.

* 2 *Beneficentia magna*, libera, & gratis.

Geneſ. *Omnem terram quam conſpicis, tibi dabo* aiebat Deus Abrahæ, magni amoris teſtimonio.

Geneſ. 43. Ioſephus Beniamino ſuo omniũ fratrum chariſſimo maximam portionem in menſa propoſuit: *mirabantur nimis, ſumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq; pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet.*

Eam ouem de toto grege cibat & curat diligentius, quam habet chariſſimam.

Dare autem ſeipſum, aut nata ex ſeipſo amoris eminentiſſimi ſignum certiſſimum.

Codrus amorem ſuum in ſuos Athenienſes teſtatus abundè oblatione ſui ad mortem in caſtra hoſtium. *Iuſtinus hiſt. lib.* 2.

Moy-

Moyſes amorem in ſuos, dicens Deo : *dele me de libro quem ſcripſiſti, aut dimitte eis hanc noxam.*

Martyres ſimiliter ſuum in Deum, deuotione ſui ad mortem.

Liberorum ex nobis progenitorum oblatio, etiam magna teſtis.

Sic Deus Abrahami amorem erga ſe teſtatum voluit, imperata cæde Iſaici ſui vnigeniti.

Sic Dij Gentium ſuos probabant.

Et immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs.

Quidam *dederunt de ſemine ſuo idolo Moloch* , ſeu Melchom aut Milchom, aut Molchom.

Melchom enim, id eſt , Rex eorum vel conſiliarius eorum, idolum fuit filiorum Ammō, quod etiam dicebatur Moloch , cui ſacrificabant ſtulti parentes paruulos ſuos impoſitos in manus igne candentes idoli eius ærei , quod impoſito igne candefaciebant tauri Perillæi inſtar ; ac ne tempore ſacrificij exaudirent parentes clamores miſerādos paruulorum, & miſereſcerent, ſacerdotes interim tympanis circumſonabant.

Sic Agamemnon pater Iphigeniam ſuam deuouit ſacrificio ad felicem Græcorum aduerſus Troianos nauigationem.

Sic Helena aliquandò deuota. *Val. Max.*

At beneficentia Dei in nos quæ & quanta!

Ille ille verè dat, quia nulla neceſſitate, nullo iure, aut officio , ſed ſponte dat quæcunque nobis dat.

Dare enim propriè competit Deo, cuius ſunt omnia, qui nulli debitor eſt, qui nihil omnino à quoquam recipere poteſt quod non ſit ſuum.

Quid dedit? ſua vniuerſa.

Denique ſeipſum, & Filium vnigenitum.

Ego ſum, inquit, *Dominus Deus tuus*, tuus, i. tibi addictiſſimus.

Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Ioan. 3.

Certè ſi hominem immolare Deo filium ſuum vnigenitum voluiſſe, amoris certum indicium fuit; Deum immolare homini, id eſt bono hominis ſuum non modò voluiſſe, ſed etiam immolaſſe, certo certius erit.

* 3. *Luctus magnus de amiſſo.*

D. Aug. li. 2. de ſer. Domini in monte c. 3. *Non relinquitur ſine dolore, quod cum delectatione retinetur.*

Pro amoris magnitudine, eſt magnitudo luctus de re perdita.

Non amaſſe Iobum temporaria quæ iſti vocant bona, fidem facit animus eius his perditis ſemper infractus.

Oſtendit mulier ſe drachma amauiſſe, quæ ea perdita totam euertit domum. *Luc.* 15.

Caritatem vxoris in maritum demum intelligis ex eius lacrymis eiulatu, ſordibus &c. in eius morte, aut captiuitate.

Lapideſcet dolore quæcunque ſic virum amauerit, vt Niobe ſuum, ac liberos ex illo. *Ouid. l. Met.*

Adamus luctum ſuum de Abelis cæde teſtatus dicitur, abſtinētia annorū centū à copula nuptiali.

Iacobi luctus *de Ioſepho perdito & de Beniamino ducto pro alimonijs*, paternum in ipſos affectum publicauit. *Geneſ.*

Alexandri Magni in Clitum caritas tū maximè enituit, cum de eo occiſo ſic doluit, vt & mori vellet. *Primū* (ait Iuſtinus) *in fletus progreſſus, amplecti mortuum, vulnera tractare, & quaſi audienti conſiteri demētiam, acceptum telum in ſe vertit, peregiſſetque facinus, ni amici interueniſſent.... illi quatriduo perſeuerata inedia eſt, donec exercitus vniuerſi precibus exoratus eſt, precantis ne ità mortem vnius doleat, vt vniuerſos perdat.* Iuſtinus hiſt. lib. 12.

Specta-

*S*pectator omnis collegit quam amaret Ieſus Lazarum, ex lachrymis, quas in eius ſuſcitatione vbertim dedit; dixerunt enim, *Ecce quomodo amabat eum* Ioannis 11.

Qui veſter, ac cæterorum Gallorum, amor in Henricum veſtrum IIII. viuum eſſet, viſum ex immenſo poſt eius mortem luctu omnium.

Luctum Dei de amiſſis nobis libet intelligere? Intelliges ex contrario.

Conuiuia, choreæ, & tripudia toto cœlo, ſunt (vt teſtatur parabola Prodigi) recepto vno peccatore. *Audiuit ſenior ſymphoniam & chorum.* Lu. 15.

Vel Chriſti profeſſione hoc diſce. *Gaudium, inquit, erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15.

Coram Angelis Dei, ait, id eſt, diſſimulare gaudia ſua coram cœleſtibus non poteſt Deus vel vno recepto, qui perierat.

Si vnum eſt cauſa vnius, alterum erit cauſa alterius.

Ergò de amiſſione vel vnius dolet quantum fieri poteſt Deus. Lapſo autem toto genere noſtro in Adamo, qui luctus toti Triumuiratui fuerit, nemo vel cogitatione adſequi poſſit: *Quis poſſit verbis æquare dolorem?*

* 4. *Sedula amiſſi requiſitio.* Quam tenerè ouem perditam amarit paſtor, oſtendit, cùm relictis. 99. in deſerto, abijt quæſiturus, nunquam rediturus, niſi inueniſſet. *Luc.* 15.

Aeneas Dux Troianus abundè teſtatus ſuum in Creuſam vxorem amoré, cum in fuga ab excidio Troiano, caſſu amiſſam, per medias flammas hoſteſquê reuerſus veſtigauit.

Virgil. 2. Aeneid. *Quem non incuſaui amens hominumquê Deorumquê?*

Aut

Digitized by Google

Aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe?
Aſcanium, Anchiſenque patrem, Teucroſque Penateis.
Commendo ſocijs, & curua valle recondo.
Ipſe vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat caſus renouare omnes, omnemq; reuerti
Per Troiam, & rurſus caput obiectare periclis.
Principio muros, obſcuraq; limina portæ,
Quà greſſum extuleram, repeto, & veſtigia retrò
Obſeruata ſequor per noctem, & lumine luſtro.
Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.
Indè domum ſi fortè pedem, ſi fortè tuliſſet,
Me refero, irruerant Danai, & tectum omne tenebant &c.
Auſus quinetiam voces iactare per vmbram,
Impleui clamore vias, mœſtusq; Creuſam
Nequicquam ingeminans, iterumq; iterumq; vocaui.

Sponſa illa Canticorum etiam, cum dixit. *In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea* Cant. 3.

Vt quæſijt ſuum Ieſum duodennem perditum ſüa Mater Virgo! Vt Magdalena ſublatum creditum!

Orpheus quid? Amiſſam Eurydicen in Inferis ipſis requirens, an non liquidò oſtendit quam eſſet vxorius?

Quam ſatis ad ſuperas poſtquàm Rhodopeius auras
Defleuit vates, ne non tentaret & vmbras,
Ad Styga Tenaria eſt auſus deſcendere porta.
Cauſſa viæ eſt coniux, in quam calcata venenum
Vipera diffudit, creſcenteſqúe abſtulit annos.
Vicit amor, ſupera Deus hic bene notus in ora eſt.

Quod

Quod ſi fata negant veniam pro coniuge; certum eſt
Nolle redire mihi, letho gaudete duorum. Ouid. lib. 10. Met.

Ceres capta Proſerpina adit etiam Inferos vt requirat, ac repoſcat.

Ibo, ibo, quocumque pedes, quocumque iubebit
Caſus. Claudian. lib. 3. de raptu Proſerp.

Noſſe vis Dei in nos charitatem? vide vt quæſierit perditos.

Quæſijt per Prophetas omnes, per Angelos ipſos.

Quoties volui congregare filios tuos ſub alas, & noluiſti?

Quæſijt demum per ſeipſum.

Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat.

Quærens me ſediſti laſſus. D. Thom. Aq.

Totos triginta tres & eo amplius annos quibus vixit dom. Ieſus ouem perditam generis humani quæſiuit.

Quæſiuit hos domi, illos fori, hos militiæ, illos in telonio.

Quæſiuit nonnullos etiam in medijs Inferis. *Deſcendit ad inferos.*

* 5. *Redemptio precioſa.* Aliquando non pro rei iuſto pretio, ſed pro priuata æſtimatione, vel quod parentum aut coniugis ſit aliquod mnemoſynon, monimentum & pignus amoris.

Dulces exuuiæ, dum fata Deuſque ſinebant. Virg. 4. Aeneid.

At nos *empti ſumus pretio magno.*

Non corruptibilibus auro vel argento ex India aut Tago *ſumpto redempti eſtis*, ſed ſanguine Ieſu Chriſti.

Redemit tanti quanti Pythius voluit.

Non

Non voluit nec potuit carius te redimere Pater, quàm vita Filij ſui.

Tũc eſt homo compoſitus Deo, & in ſtatera modo quodam illi præponderauit.

Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Totum illum fecit tuum, tranſlato ſuo in te iure.

Se naſcens dedit ſocium Filius,
Conueſcens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium. D. Thom. Aq.

Cogita autem cui tantũ datũ ſit. Mundo, perditis hominibus, adhuc perduellibus; Non Angelo, bono miniſtro Non Iuſto alicui, vt fido & obediẽti miniſtro; non creaturis rationis exſortibus ad nutum parentibus.

Quem tanta hoſtis in hoſtem beneficentia non faciat ex hoſte vel iuratiſſimo amiciſſimum?

Carbones ignis congeſſit Deus ſuper caput noſtrum.

II.

Neceſſariam nobis fuiſſe Filij Dei ad nos miſſionem ſub vtroque hominis ſtatu, magis tamen ſub vltimo.

At quorſum? Tantũ vt illum videremus? vt cum illo verſaremur?

Et hoc multum, etſi ſolùm.

Patres hoc ſæpè vouere. *Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus.*

Abgarus Rex Edeſſæ per literas Ieſum ad ſe venire ſolicitàuit. *Euſeb. Cæſ. hiſt.* Eccl.

Et hoc cumprimis vouebat D. Auguſtinus, vidiſſe filij Dei illam in carne œconomiam.

Zachęus cupiens videre Ieſum quis eſſet, aſcendit in arborem ſycomorum. *Luc.* 19.

In ip-

In ipſum *deſiderant Angeli proſpicere.*

Sic & ipſe Pater de illo: *Hic eſt, in quo mihi benè complacui.*

At venit longè maiore noſtro buno, tàm ſi ſpectes tẽpus Innocentiæ, quàm tempus poſt lapſum.

* *Tempore* Innocẽtiæ profuiſſet contra { 1. *Vilitatem generis;* 2 *Multiplex bellum.*

* j. *Vilitatem generis.* Sumus enim, quà corporei ſumus, terra & limus.

Nobilitati autẽ valdè hinc ſumus, quod hoc habeamus cũ Filio Dei cõmune quod homines ſum⁹.

Hinc factus frater noſter idem qui Dominus

* ij. *Multiplex bellum.* vt enim Adam nõ peccaſſet, bello tamen cum dæmone ſaltẽ non caruiſſemus.

Tirones ergò ſub tanto duce pugnare, & vincere didiciſſemus.

Tum fuiſſet nobis { 1. *Glorificator,* 2. *Ductor & Doctor.*

* P*oſt lapſum* verò profuiſſet contra { 1. *Cæcitatem;* 2. *Infirmitatem;* 3. *Captiuitatem.*

* j. *Cæcitatem*, quæ à peccato.

Dedi te in lucem Gentium.

Lumen ad reuelationem Gentium.

Pharus fuit in ſpatioſo hoc mari.

Populus qui ambulabat in tenèbris vidit lucem magnam &c.

Idcircò tot cæcis viſum reddidit.

An non cæcitas magna Dei ignorantia? ignorantia principij ac finis ſui?

Notas mihi feciſti vias vitæ. pſalm.

* ij. *Infirmitatem.* Nam à peccato ſumus ſemiuiui relicti, vt viator ille Hierichuntinus qui incidit in latrones. *Luc.* 10.

Subneruati & eneruati hinc ſumus.

Digitized by Google

Non quod volo bonum, hoc ago &c.

Ille reparandis viribus noſtris natus eſt.

Ille allegauit vulnera ſauciati viatoris, infuſo oleo vinoq́ꝫ. *Luc.* 10.

Sed & impoſuit, & iacentem in iumentum ſuum, & dedit medicis benè curandum.

Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos.

Fecit etiam vt in Eccleſia ſit myſticus quidã *panis*, qui *cor hominis mirè confirmet*, ſic vt El*ias ambulet in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei.*

Dedit etiam neſcio quas vnctiones, quibus mirè interior homo confirmetur, in Baptiſmo, in Confirmatione, in extrema vnctione, & quibuſdam in Sacerdotio.

Athletas vnxit ad palæſtram.

Pſal. 17. *Deus qui præcinxit me virtute.*

Ibidem. *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea... Præcinxiſti me virtute ad bellum.*

* iij. C*aptiuitatem.* De manu fortis armati per vim ereptos ſibi vindicauit, cum deberemur morti nos & pœnis æternis.

Iſraelem ſuum durè ſeruientem Pharaoni in libertatem aſſeruit.

E*go confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti &c.*

Ille nobis fuit quod Theſeus Andromedæ, filiæ Cephei Aethiopum Regis & Caſſiopes. ſicut enim Theſeus illam ob matris ſuperbiam ſe Nereidas forma ſuperare gloriantis, ſaxo à Nymphis adligatam, & ceto marnio monſtro expoſitum in oppido Ioppe, in patriam rediens occiſo prius ceto liberauit & vxorem duxit: Ità Chriſtus nos Inferno debitos ac deuotos propter peccata Euæ matris, victo dæmone aſſeruit.

Fuit nobis, quod D. Georgius fertur fuiſſe virguncu-

gunculæ iàm iàm paratæ draconi ad prædam & eſcam.

Pſal.15. *Non derelinques animam meam in Inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.*

Quin etiàm redemptos ita roborauit, ac firmis præſidijs præmuniuit, vt iterùm capi deinceps nō poſſint, ſi nolint.

III.

Donum illud magno nobis conſtiturum ingratis & abutentibus.

Sed licet gratis Pater filium nobis dederit, vt cuius donationem nullo modo poterat natura humana promereri, non vult tamen ingratos deinceps nos eſſe, aut tanto dono abuti.

Pretioſa nimis nobis fuerit ea ingratitudo aut abuſus.

Deorum dona ſæpè non dona, ait prou.

Si de talento otioſe infoſſo grauiter accuſatus ſeruus; vt accuſabimur tanto dono abutentes?

Qui ſic dilexit mundū vt vnigenitum daret, ille tam æquè aut amplius mundum tunc oderit.

Vt amantium iræ & odia inter ſe ſunt ferè acerbiora & ſæuiora, quam exterorum; ſic Dei in nos furor ſi læſerimus.

Didonis amor verſus in odium ſummum ob ingratitudinem.

Exacturum Deum exactiſſimè rationem diuinorum ſuorum beneficiorum vel hinc vide, quòd in beneficijs creationis Deus ſemper dicitur Heloi, id eſt Deus Iuſtitiæ; & non Iehoua, id eſt Deus miſericordiæ.

D.Greg.homil.9. in Euang. *Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum.*

Igitur conandum nobis vt datatim; quaſi pila luſoria, agamus cum Deo, demus aliquid ei qui dedit.

Digitized by Google

Do, *vt des*, inquit ille. Donata iſta, oneroſa.

Gratiarum itus reditúſque eſt.

Non impudenter hic agendum, inſtar fœminarum, quæ

Multa rogant tradenda ſibi, data reddere nolunt. Ouid. de Arte.

Fœdum eſt ſemper accipere, nilq́ dare.

Ergo ſic amantem Deum, ſaltem, redamemus. Datare ipſum ſemper, & nil à nobis accipere, & inurbanum & impium.

Datori filij ſui, repræſentemus eundem Filium, & per ipſum illi gratias agamus, dicentes. *Ecce odor filij tui, ſicut odor agri pleni cui benedixit* Dominus. Gē.

Datori tanti muneris, demus
1. *Noſtra*;
2. *Noſtros*; etiam liberos, etſi Vnigenitos.
3. *Nos ipſos*.

D. Greg. hom. 9. in Euang. *Tanto eſſe humilior, atq; ad ſeruiendū Deo promptior quiſq; debet ex munere, quātò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione.*

Pſal. *Quid retribuam* Domino *pro omnibus quæ retribuit mihi?*

Bonorū noſtrorum non eges tu quidē ô bone Deus, ſed ità vis tamen, vt vel ipſa gratitudine noua dona apud te mereamur, vt vetera ſimul tueamur.

D. Chryſ. hom. 25. in Matt. *Optima beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria beneficiorum, & perpetua confeſſio gratiarum.*

D. Bern. ſer. 35. in Cant. *Gratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit, nec modò nil augetur ingrato; ſed quod accepit, vertitur ei in perniciem: fidelis autem in modico cenſetur dignus munere ampliori.*

Dotarium nō fuerit neque gratuitum quidquid Deo dederimus, ſed pretium accepti primùm, deindè & pretium nihilominus accipiendi mòx beneficij.

Grana quæ ſingula cadent, multiplicata naſcentur.

Adde, quòd nihil dare Deo omninò poſſumus, cuius ſunt omnia.

Dandum tamen illi, quo modo poſſumus, imò reddendum.

Dandum, inquam, non commodandum, aut mutuo credendum, vt poſt tempuſculum repoſcas aut reſumas.

Tota noſtra voluntas illi danda, conſecranda, nunquam reſumenda.

Deuoti ſemel Deo, obſequijs eius ſemper immoremur imò immoriamur.

Quod dedit ipſe, nunquam repoſcit, niſi coactus à teipſo.

Et Filius ipſe qui à Patre datus eſt nobis, quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, & in cœlo & in dextera Patris ſedens ſemper noſter eſt, Redemptor, Præſidium, Doctor, Ductor, Glorificator, Mediator, & omnia in omnibus. Via, ſi quà cupis ire: Veritas, ſi quò vis ire: Vita, ſicubi vis permanere. *Deus meus, & omnia*, aiebat D. Franciſcus noſter.

D. Ambr. in quodam ſer. *Omnia habemus in Chriſto, & omnia in nobis Chriſtus. Si à vulnere curari deſideras, Medicus eſt. Si febribus æſtuas, Fons eſt. Si grauaris iniquitate, Iuſtitia eſt. Si indiges auxilio, Virtus eſt. Si mortẽ times, Vita eſt. Si tenebras fugis, Lux eſt. Si cœlũ deſideras, Via eſt. Si cibum quæris, Alimentum eſt.*

Vt manna bonis erat omne delectamentum, quale quale, & cuiuſcunque, ibi libebat; ita Chriſtus.

Nec ſe recipit à nobis, nec intercipi aut eripi à quoquam poteſt donum tantum Dei Patris.

D. Ambroſ. lib. 5. in Luc. *Nemo tibi Chriſtum poteſt auferre, niſi te illi auferas.*

Miremur ergò Auditores ſtupendam illam Dei in nos charitatem ac liberalitatem in tam auguſto dono Filij.

Vtamur beneficio.

Gratias agamus quantas poſſumus, & gratiam quantulam poſſumus, referamus &c.

DOMINICA IX. POST PENtec. Baſtoniæ in Arduenna.

Thema: *Videns Ieſus Ciuitatem fleuit &c.* Luc. 19.

DIcendum hodie mihi
- *1. De riſu ac fletu;*
- *2. De cauſis huius fletus Chriſti;*
- *3. Quid fletus iſte doceat*
  - *Quod eo tempore;*
  - *Quod ea cauſa, quia peccatrix Hieruſalē & punienda.*

AVE.

I.

De riſu ac fletu.

Stoicorum tantus fuit rigor, vt ſapientem dicerent, debere eſſe ἀπαθὴν καὶ ἀναμαρτήτων qui non turbaretur, nec peccaret, quæ Dei ſunt propria. volebant eum nō timere, non ſperare, non amare. non odiſſe &c. ſaxum volebant, non hominem.

Nos affectus ſentire, atque ijs vti, licere opinamur, ridere, flere, &c. Probatur.

* 1. *Ridere*, proprium homini, ſoli, ac ſemper, etiā in ſtatu naturæ integræ fruſtra eſſet potentia, quam reduci ad actum nunquam liceret.

* 2. *Scriptura. Tempus flendi, tempus ridendi.*

Videndum ergo hic
- *1. Qua cauſa rideas, aut fleas;*
- *2. Qua menſura.*

Demo-

Democritus ridebat continuè, ſed vitia hominum: vt contra Heraclitus Philoſophus Epheſius continuis lachrymis vitia hominum deplorabat.

Hippocrates med. epiſt. ad Demagetum de caſu Democriti. *Putabant Abderitæ Democritum ſuum inſanire, quòd ſemper rideret, pro quo curando vocarant Hippocratem, qui poſt multa colloquia teſtatus eſt non inſanũ modò, ſed plus ſapere omnibus, ſeq; profeciſſe ex eius conſuetudine.*

Ibid. *Hoc noſtro riſu alios & prudentiores & ſaniores redditurus reſpondit Democritus Hippocrati.*

Ibidem. *Ego vnum rideo hominem dementiæ plenum, & omnis rectæ actionis vacuum, in omnibus ſtudijs & conatibus pueri inſtar ſe gerentem, & nullius vtilitatis reſpectu, irritis ſe cruciantem laboribus, fines terræ peragrãtem, & infinitas latebras rimantem vt immoderatis cupiditatibus fiat ſatis argentum & aurum coaceruantem.*

..... *Quòd mirentur eandem terram, quam pedibus calcant. abditam terram amant, in aperto poſitam calcant, terram rimantur vt aurum habeant, eo inuento terram emere cupiunt, poſteà fructus vendunt, vt aurũ rurſus habeant. Aurum effodiunt, poſteà rurſus condunt.*

Statuas mercantur, quod ad viuum expreſſæ atque adeò loqui videantur, eos verò qui reuera ſpirant, & loquuntur, oderunt omnes.

Vtrique philoſopho idem finis, diuerſis flendi ridendique actionibus.

Ridere vitia dominum, laudabile.

Item in lætis, moderatè.

Prætulerim tamen flentem philoſophum ridenti, Heraclitum Democrito.

* 1. *Quod fletus,* magis philoſophi grauitatem ſapia.

Eccl. 19. *Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus*

greſſus hominis enuntiant de homine.

Per multum riſum poteris cognoſcere ſtultum, ait ille, vndè & Democritus creditus populo inſanire, vt dictum eſt.

* 2. *Quod flentes* ſæpè in ſcripturis laudẽtur; rarò autem vel nunquam, ridentes: ac potius contra.

Matth. 5. *Beati qui lugent.* &c.

Pſal. 125. *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.*

Væ vobis qui ridetis.

* 3. *Quod homo* animalium flebiliſſimum propter cerebri humiditatem.

* 4. *Quod Chriſtus* in Cœli ſchola eruditus Philoſophus fleſſe non rarò, riſiſſe nunquam legatur, niſi fortè infans adhuc pendens ab vbere, non tàm voluptate, quam in Matrem charitate. *Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.* Virgil. in Bucol.

Fleuit verò Chriſtus ſæpè

1. *In ſtabulo,* recenter natus, inſtar cœterorum omnium.

Sap. 7. *Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans,* maſculus A. propter Adamũ; fęmina E, propter Euam malorũ autores, quę naſcentes iam tum ſubolfaciũt. Ex *Cypriano & Lyrano.*

Vagit Chriſtus infans inter arcta cõditus præſepia. Zoroaſtres vnus ac ſolus riſiſſe naſcens dicitur.

2. *Lazarum ſuſcitando.* Ioan. 11.

3. *In Iudæ caſu,* apparenter. Hinc Aug. ſer. quodã: *Noſter Redẽtor delictũ Iudæ deplorauit, vt Euangeliſta ait, cum vidiſſet eum turbatus eſt, & dixit, Vnus ex vobis me tradet &c.*

4. *In horto* veriſimiliter, & cũ dixit, *triſtis eſt anima mea &c.* & cũ oranti *factus eſt*

ſudor

ſudor ſanguinis, Nam ſi quod maius, ac ſupra naturam, tum præſtitit, certè & illud quod commune.

5. *In cruce*. Hebr. 5. *In diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationesq́ ad eum, qui poſſit ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.*

6. *Hic videns* ciuitatem. Luc. 19.

Flendum ergò ſæpius, quam ridendum.

Neque tamen idcircò fletus omnis bonus.

Flet⁹ fit malus
- 1 *A cauſa*;
  - 1. *Ficta compaſſione*, vt ſunt Crocodili lachrymæ. Is enim mortuū hominem plorat, ac tamen poſtea deuorat.
  - 2. *Deceptione*, vt meretricum. *Per ego has lachrymas, dextramq́ tuam te Oro &c.*
- 2 *Ab exceſſu*,

Nimis diu, vt ſi fleas aut acerbius vxoris, aut filij mortem &c. & hic fletus dicitur puſillanimitatis.

Fletus laudabilis eſt
- 1. *Contritionis*, qualis fuit Magdalenæ iacentis ad pedes Chriſti in domo Simonis Luc 7. Dauidis poſt adulterium, & homicidium tanta fraude commiſſum.
- 2. *Compaſſionis*. Iob 30. *Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat*. Mulierum fletus, cùm Chriſtus Ieroſolymis exiret baiulans ſibi crucem.
- 3. *Exultantis charitatis*. Geneſ. 46. Ioſeph inter amplexus Beniamin fleuit. Item inter amplexus patris. Ibid. Tob. 11. *Fleuerunt ambo præ gaudio.*

II.

De cauſis hodierni fletus Chriſti.

Fletus hic Chriſti { 1. *Contritionis*, de culpa non ſua; 2. *Compaſsionis*, ob pœnam non ſuam, aut ſuam crucis iàm iàm impendentis.

* 1. *Contritionis*, flet enim ob peccata vrbis Hieruſalem.

Ita Pijs, Patribus, & Rectoribus deflenda nonnunquam, & ſua & aliorum peccata.

Pſal. Aliquæ lachrymæ Dauidis fuere pro ſuis peccatis: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo &c.*

Pſal. *Potum meum, cum fletu miſcebam.*

Aliquæ etiam pro alienis.

Pſa. *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.*

Pſal. 118. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quià non cuſt. l. t.*

Heb. *11*. Nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti.

Sic ſæpè boni. *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror?* Corinth.

Inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Ioelis *2*.

3. *Reg. 9.* Mare fuſile & luteres in templo poſiti à Salomone vbi lauarentur Sacerdotes oblaturi, hoc ſignificat o.

D. Ambroſius dicitur fleſſe quoties miſerorum peccata exciperet.

2. Re. 18. vox illa Dauidis repetita, *Abſalō fili mi &c.* à metu damnationis animæ filij perduellis fuit.

Nū. 15 Moyſes, & Filij Iſrael flebāt peccata ſociorū, & fratrum filiorū ſuorū, ante fores tabernaculi.

2. *Compaſsionis*, de pœna impendente Hieroſolymi-

ſymitanis ob peccata plurima, maximè peccatum in eius repudio & crucifixione.

Quia venient dies in te j. aduerſarij tibi, *quia in hac die tua*, & proſpera non ſapis. Venient tibi tempora his longè lateq; differentia.

Ego veni tibi Rex manſuetus ; Cæſares autem tui venient non tibi ſed in te, crudeles, Titus ſcil. & Veſpaſianus. *Greg. homil. 39. in Euang.*

Flet præuidens animo tot filiorum ſuorum ſtrages , tantas tot ædificiorum templiq; tam auguſti ruinas.

Inſtar piæ Matris, quæ cùm apud filiam verbis verberibusq; nihil agit, ad lachrymas confugit, ſi fortè fletu matris ingemiſcat, ac reſipiſcat.

Tanta autem fuit illa vrbis illius calamitas (ſi Ioſepho alijſqúe creditur) vt Titus ipſe vrbem circumiens, ac videns tantam cadauerem ſtragam è muris proiectorum, ingemuerit, extentiſqúe manibus Deum teſtatus ſit, factũ illud ſuum non eſſe.

Ingens hic Christi dolor igitur pro granditate cauſæ, quem facile agnoſcas ex conciſa dictione, qualis ſolet eſſe abſorptorum à triſtitia, & quandoque ira, *ſingultu medios impediente ſonos.*

Siſtendũ ſæpè mihi videtur in hac vna ſentẽtia.

* 1. *Si cognouiſſes* ſcil. cauſam fletus mei, peccata tua, pœnas tuas &c.

* 2. *Et tu*, ſcilicet fleres: non ita ouares, exultares, vt miſer in carcere iaciens aleam, neſcius apud iudicem de capite ſuo agi.

* 3. *Et quidem in hac die* ſc. pœniteret te peccatorum: nunc nunc hodiè, non procraſtinares: nam periculum in mora.

* 4. *Quæ ad pacem tibi*, cuius triplex mihi ſenſus. *Primus*; id eſt, quæreres, qua via pacem inires cum Deo. *Secundus*; j. hic dies, hoc tempus datum tibi

 ad

ad pœnitendum. *Tertius*; id eſt, eſt hoc tempus tam pacificum & proſperum, tibi ad dignos pœnitentiæ fructus faciendos commodiſſimum.

III.

Quid fletus iſte Chriſti nos doceat.

Tempus autem & cauſa fletus huius conſideranda, ſi quid hinc libet ſapere.

* 1. *Tempus*; dies palmarum, quo Chriſto triumphus parabatur; quo imminebat ſolennis Paſchæ dies; quo peccata tam multa videbat perpetratum iri, & illud ingens crucifixionis filij Dei, quo nullum grauius excogitari nunquam poteſt. Nam quoties graue peccatum inſinuatur huic comparatur, vt de indignè communicante dicitur *reus erit corporis & ſanguinis Chriſti.*

conculcat ſanguinem teſtamenti.

Hinc igitur diſce; Primum, diebus lętioribus, vt Bacchanaliorum &c. flere pro cæteris.

*Iob.*1: Filijs in orbem conuiuia agitantibus, ipſe Iob conſurgens diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis. Dicebat enim: *Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.*

In nonnullis monaſterijs pro more eſt illis ferijs jeiunare.

Credo, dudum machina mundi corruiſſet, aut iam rueret, niſi tam eſſet vnus ædificans, quàm vnus deſtruens. Habere oportet Orbem Vrbeſqúe, ſuos ſcipiones & fulcra.

* *Deindè*, Non nimium exultandum rebus lætis.

Quem res plus nimio delectauere ſecundæ,
Mutata quatient.

Prou. gall. Non nimis altè aut inſolenter ridendum illi qui equitat, neç nimis effeminatè altequé flendum ei, qui peditat.

Rerum enim omnium mira viciſſitudo eſt.

Vi-

Digitized by Google

Videas quoſdam è carcere & cruce rapi ad regnum, vt Ioſephum, Danielem &c. latronem è cruce in paradiſum; quoſdam è regno in crucem, in rogum, vt Polycratem, vt Crœſum, vt Chriſtum.

Ludit in humani diuina potentia rebus.

* 2. *Cauſam* verò fletus huius ſi attenderis, bis proficies.

* j. *Videbis* fletum maximè aſſumendum, ob peccata ſua & aliena, nihilq́; tam ſeriò dolendum.

Heraclitus ſanè hic mihi ſapit, flens hominum inſanias.

Thren. *Quis dabit capiti meo aquam &c.*

Sed *vos viles pulli, nati infælicibus ouis* omninò aliter.

Nam nobis *ploratur lacbrymis amiſſa pecunia veris; Quandoquidem accepto claudenda eſt ianua damno, Et maiore domus gemitu, maiore tumultu Planguntur nummi, quàm funera*, quam ſcelera. *Iuuenal. ſat.* 13.

* ij. *Deum ægrè* vindicare peccata, qui meritiſſimam illam ciuitatem etiam flens cædat.

Eſt piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox.
Quiq́; dolet, quoties cogitur eſſe ferox. Ouid.

Iſai. *Heu, conſolabor de hoſtibus meis.*

Vbi nota duo ſignificari: Mæſtitiam, ibi: *Heu*, quæ vox dolentis eſt. Lætitiam; ibi: *conſolabor*. Si ergò lætitia eſt, punire, cur dicit *heu?* ſi mœſtitia eſt, cur dicit *conſolabor?* Sed illud heu alteri additum ſignificat ægrè agere id Deum, atq; à natura bonitatis alienum eſſe hoc opus; *Conſolabor* autem adiectum alteri, vt intelligas Iuſtitiæ decorem in Deo. Potes ergò peccator ſi vis, non miſer eſſe.

Deindè, eo quod ait, *Si cognouiſſes, Et tu* &c. oſtendit optare ſe per pœnitentiam præueniri, ne quod minatur inferre tandem cogatur.

Hollandos ſæuire, lætatur ſimul & dolet Deus &c. Patheticus fuit epilogus. DO-

DOMINICA XVI. POST Penteceſten. Montibus Hannoniæ, in S. Valdetrudis, 1609. 27. Septembris, hora prima pomeridiana.

Thema. *Si licet Sabbato curare*. Luc. 14.

Exordium.

A Mandatis ad Oratores nouos atq; adoleſcentulos vſitatis prœmiandi formulis (Auditores &c.) hoc vnum cogor dicere, quòd & ſi iam à 20. annis, hic & in his ipſis templo & cathedra, concionem vnam habuerim, nunc tamen vehementius, quam tum, pertimeſco, ne parum vobis ſatisfaciam, idq; duabus potiſſimum de cauſis.

Primum; quòd tunc facilius mihi eſſet facere ſatis expectationi veſtræ, quam modo.

Tunc enim poteratis modico contenti eſſe, & ſi quid peccaſſem, dare hoc ætati iuuenili, vt qui tunc eſſem 25. aut 26. annorum dumtaxat.

Nunc verò ætas iſta mea 47. iam annorum, & exercitatio aſſidua in tot vrbibus concionandi, & ſcribendi, & aliqua fortè mei fama ad vos delata, iubet vos iam fortaſſis magna hic de me ſperare. certè maiora quam olim, cui ſpei niſi ſatisfecero, fortaſſis dicturi eſtis; Hiccine eſt ille, de quo hæc & illa iactabantur? Nihil eſt aliud in homine illo? &c.

Conſcius enim mihi ſum profectò, me eum non eſſe, qui famam vincam ſermonibus meis, ac fortè non etiam æquem.

Salo-

Salomon vnus & famam publicam,& ſpem Reginæ Sabæorum(Sybillæ alicuius opinor)vicit, lõgeqúe ſuperauit. *Videns enim Regina illa,* quæ ad eum viſendum audiendumq́; ex regno ſuo Ieroſolymam venerat,famæ eius magnitudine inuitata, *omnem ſapientiam Salomonis,& domum, quam ædificauerat &c.non habebat vltra ſpiritum. dixitq́; ad Regem: Verus eſt ſermo,quem audiui in terra mea,ſuper ſermonibus tuis. & ſuper ſapientia tua: & non credebam narrantibus mihi,donec ipſa veni & vidi oculis meis, & probaui,quòd media pars mihi nunciata non ſuerit, maior eſt ſapientia & opera tua,quàm rumor, quem audiui.* 3.Reg. 10.

Secundò; quòd adeò proximè poſt mitratos illos & doctiſſimos Epiſcopos Dom. Buiſſeretum, & Dom.Coſpeanum, ambos Montenſes quoq́; ambos Epiſcopos,ambos Doctores, vobis hic alibiq́; recenter auditos,cogor dicere,id eſt, quod aiunt, *in ſcenam poſt Roſcium* prodire.

Adhuc eſcæ eorum mellitiſſimę & ſaluberrimę in palato veſtro verſantur;adhuc nectar & ambroſia,& manna illud omnem habens ſaporis ſuauitatem,quod vobis propinauero,vobis in ſummis labijs eſt.

Adhuc illa ſuauis Coſpeanæ linguæ Muſica in auribus veſtris tinnit; adhuc in oculis veſtris tota eius actio verſatur &c. ex quibus video omnia mea poſſe fieri inſipidiora &c.

Sic paruis componere magna ſolebam. Virg.buc.

Itaque,etſi amicis aliquam habeo gratiam,quòd beneuolenter huc ſolicitarunt; tamen bona eorum pace,dixerim me ab ipſis in magnas præcipitatum anguſtias,& magnum amittendæ veteris famæ meæ,& alicuius ab eloquentia nominis, periculum.

Sed

Sed hoc vno tamen me conſolor, quòd nos Euangelici Oratores minimè ad famam, plauſumq; concionamur, quibus ſatis eſt alijs profuiſſe.

Salutaria maximè conſectamur. Honora Deo; non nobis honorifica. Non otioſis Philoſophorum ſcholis paucisq; diſcipulis, ſed loquimur vniuerſis.

Item, quòd etſi Coſpeanis, & Buiſſeretis concedimus vim illuminandi intellectus veſtri, face eruditionis admirandæ; forſitan nonnihil valemus ad veſtras voluntates inflammandas.

Eſto; docendi vim habeant illi, dum nos habeamus aliquam ſaltem mouendi.

Illi aquilarum inſtar ſublimi volatu caput inter nubila condant; nos non omninò humi repere, ſit ſatis.

Dicẽdũ autem nunc
- 1. *Quæ Sabbati inſtituendi cauſa;*
- 2. *Quandò inſtitutum; quam religioſè à Iudæis obſeruatum, & vt à nobis obſeruandum;*
- 3. *Qui malè obſeruent.*

Omitto enim dicere de hydropici curati allegoria, de concionibus reliquis, quas in hoc conuiuio Chriſtus habuit. Habuit enim tres, ſenſo meo, quaſi conuiuij accepti pretium, & rependium. Prima fuit, de operibus Sabbato licitis; Altera, de ambitu, & primorum adcubituum ſtudio; Tertia, de pauperibus ad conuiuia inuitandis, non quidem recitata in Miſſa, ſed à Luca tamen c. 14. duabus primis immediatè adiecta. AVE.

I.

Quæ Sabbati inſtituendi cauſæ.

Quemadmodum (Auditores &c.) nulla gẽs aut natio tã fera eſt, quã nõ anticipauerit opinio Deorũ (anticipationẽ certè id vocat Epicurus:) ita omnes, ſuos Deos ſacrificijs, feſtisq; colendos putant.

Ita-

Itaque ferias & feſtos dies Ethnici inſtituere; quibus vt plurimùm ſacrificia Dijs offerrentur, vel ludi in honorem Deorum agitarentur &c. cætera otioſi.

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.

Omnia ſint operata Deo. Tibullus lib. 2. eleg. 1.

Iudæis Deus Opt. Max. diem ex quauis hebdomada vnum, ſeptimum ſcilicet, delegit ſibi ſacrum & feſtum, præter illos priuatis cauſis celeberrimos, Paſchæ, Pentecoſtes &c.

Cauſæ autem inſtituti à Deo Sabbati variæ	1. *Duæ adſpectu Dei;* 2 *Tres adſpectu noſtri.*

* 1. *Duæ, adſpectu Dei.*	1. *Otiū, operibus eius ſtudioſè mirandis;* 2. *Cultus eius debitus.*

* j. *Otium operibus eius* &c. vt quemadmodum ipſe perfectis iam omnibus, recognitione quadam vſus eſt, qua *vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*; ita etiam aliquandò homo feriatus à negotijs, opera Dei contemplaretur, contemplando miraretur, mirando, non ipſa ſed autorem veneraretur &c.

Pſal. 142. Id ſtudij Dauidi familiare. ait enim. *Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.* Sequitur operis fructus; *Expandi manus meas ad te.*

Se maximè (etſi nos quoq;, & noſtram voluptatem, in tam iucunda ſcilicet rerum tantarum, tamqúe variarum contemplatione) hic ſpectauit Deus, & gloriam ſuam.

Laus enim magnorum aut pulcrorum operum ad autores redit.

Veneris enim tabulã, vel illam, quam formoſarum tot virginum cõpendium Zeuſis fecerat; vel illam,

Digitized by Google

illam, quam Apelles reliquerat imperfectam (perfectam tamen adeò, vt poſterorum nemo auderet abſoluere) qui in cubiculo, vel in templo ſpectat adtentiùs, ex ſpectaculo quidē magnam capit voluptatem, ſed gloriam tamen lineamentorum ibi ritè ductorum, colorumq́; rectè obductorum, totam ad ipſos pictores refert.

Sic Sabbatarij & Sabbati obſeruatores, & ſabbatum totum aut partim in operum Dei contemplatione occupantes, ad Deum conditorem indè glorificandum oportet adſurgere; non, inſtar quorundam, qui ſpecie eorum delectati, ipſa pro conditore Deo, magna Conditoris iniuria coluerunt.

D. Franciſcus certè quandam ex creaturis velut ſcalam ad Deum ſibi conſtruebat.

* ij. *Cultus eius debitus*; vt gratiæ illi de præteritis beneficijs agerentur, noua peterentur; indulgentia priorum peccatorum poſceretur; gratia melioris vitæ impetraretur &c.

Dum ceſſat arator, orator apud Deum, & Diuos fiat.

* 2. *Tres adſpectu noſtri*;
  1. *Requies Corporis*;
  2. *Curatio mentis*;
  3. *Simulacrum aliquod vitæ beatioris.*

* j. *Requies corporis*. Sabbatum enim idem Hebræis, quod nobis *requies*, aut *ceſſatio*.

Voluit enim Deus, vt quemadmodum ipſus *requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat*. Geneſ. 2. ita & ſui imitatione homines & iumenta ab operis interquieſcerent.

non audeat vlla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum. Tibul lib. 2. eleg. 1.

Quin & ſeptimo quoq; anno terris quies imperata.

Com-

Commiſeratione ergò noſtri ita voluit.

Præuidit enim quoſdam adeò auaros fore atque inclementes, vt ſeruis nullam eſſent vnquam relaxationem conceſſuri, imò ne ſibi quidem, ſed ipſos ſeq; laboribus continuis enecaturi.

Nullum enim *violentum perpetuum.*

Quod caret alterna requie, durabile non eſt,
Hæc reparat vires feſſaq; membra leuat.
Arcus & arma tua tibi ſunt imitanda Diana,
Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit; Ouid.

Igitur, propter duros illos Dominos veroſqúe Pharaones, nimium inſtantes operibus, de quibus iure dixeris, *Seruietis Dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem*, voluit Deus lege deberi ſeruis vnum quietis diem.

Quàm bonus Iſrael Deus! Pſal.

Quam verè dictum de Deo; *diſponit omnia ſuauiter!*

Ne ſomnum quidem in noſtra libertate eſſe voluit, ſed, ſæpè etiam nolentibus & reſiſtentibus obrepere, vt vel inuiti interquieſceremus, adeò ſolicitus eſt ne nos immoderato labore, aut inſomnia frangamus.

Iacobi patriarchæ vocem illam ex ore Dei audire mihi vîdeor, de liberis ſuis paruulis, ouibus, & bobus fœtis ad fratrem Eſau: *Si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.* Geneſ. 33.

Diſcite Domini ſeruorum miſereri, hominibus non abuti, vti feris.

Communem enim habent illi vobiſcum Ortum, Deum, Fidem, Cœlum &c.

Nec fortitudo lapidum, fortitudo eorum, *nec caro eorum ænea eſt*. Iob.

Moderata durant.

Digitized by Google

* ij. *Curatio mentis*, cuius alioqui multus negle-ctus, dum curis temporalibus diſtrahimur, ille mercatura, alius cauſis multis dicendis &c. dum omni ex crimine lucrum quæritur.

Notus nimis omnibus ignotus moritur ſibi.

Sabbato vult Deus hominem, vale dicto extrarijs ſolicitudinibus, in ſe deſcendere, cogitare vt vixerit diebus ſuperioribus, quid ſibi deſit &c.

Illud *Noſce teipſum*, ſeu Chilonis Sapientis, ſeu Apollinis oraculum, tota vita vtiliſſimum quidem, ſed Sabbato maximè exercendum.

Quid enim prodeſt omnia noſſe, ſi neſcieris vel teipſum?

Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum ſuperlucretur; anima verò ſuæ detrimentum patiatur?

* iij. *Simulacrum aliquod* vitæ beatioris, vt huius adſpectu, illam optemus.

Sabbatis & feſtis, ferè omnia ſimilia vel geruntur vel videntur his, in quibus beati occupantur.

Beati in Cœlo laudant indefeſsè Deum dicentes, *Sanctus, S. S?*

Et quid aliud Sabbatis fit, quam cantatur?

Beatis nullus iam labor? requies ſumma?

Apoc. 14. *Amodò iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.*

Opera enim illorum ſequuntur illos.

Sabbatis qooque *operari non licet*, Sabbatis otia ſancta ducuntur, etiam brutis animantibus.

Soluite vincla iugis, nunc ad præſepia debent
Plena, coronato ſtare boues capite. Tibull. lib. 2. eleg. 1.

Beati, ſunt ſtabiles, & (vt ſchola loquitur) impeccabiles?

Sabbatis etiam quieſcitur (ait quies imperatur) à pec-

Digitized by Google

peccatis, ijſq́ue maximè. Pax tunc alta cum Deo eſt. aut induti æ.

Beati cognitione Dei replentur?

Sabbatis etiam populi concionibus, catecheſibus erudiuntur.

II.

Quandò inſtitutum Sabbatum, quam religioſè à Iudæis obſeruatum, & vt à nobis obſeruandum.

Quidam autem putant Sabbatum inſtitutum ipſo rerum initio: & videri ferè poſſit ex iſtis verbis Geneſ. 2. *Compleuitq́, Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo.*

Alij, primum inſtitutum lege Moſaica; Toſtatus in hac ſententia.

Probabile ex his.

* j. *Quòd* Theologi vnum tantum præceptum datum Protoplaſtis, de non comedendo ſcilicet fructu vetito, adfirmant.

* ij. *Quòd* nuſquam ante legem Moſis leguntur Patriarchæ primi Sabbatum obſeruaſſe, homines alioqui ſtudioſiſſimi rerum diuinarum.

* iij. *Quod* Moyſes, ſi vetus fuiſſet de Sabbato præceptum, ipſum ab tanta antiquitate commendaſſet.

Videamus verò, qua religione Iudæi Priſci Neotericiq́ illud obſeruitarint, & nobis Sabbatum noſtrum Chriſtianum ſanctificandum, & quæ cauſæ tantæ obſeruantiæ.

Tum quæ illic ſuperſtitio, quæ legitima Obſeruantia.

* ij. *Curatio mentis*, cuius alioqui multus negle-ctus, dum curis temporalibus diſtrahimur, ille mercatura, alius cauſis multis dicendis &c. dum omni ex crimine lucrum quæritur.

Notus nimis omnibus ignotus moritur ſibi.

Sabbato vult Deus hominem, vale dicto extrarijs ſolicitudinibus, in ſe deſcendere, cogitare vt vixerit diebus ſuperioribus, quid ſibi deſit &c.

Illud *Noſce teipſum*, ſeu Chilonis Sapientis, ſeu Apollinis oraculum, tota vita vtiliſſimum quidem, ſed Sabbato maximè exercendum.

Quid enim prodeſt omnia noſſe, ſi neſcieris vel teipſum?

Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum ſuperlucretur; animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?

* iij. *Simulacrum aliquod* vitæ beatioris, vt huius adſpectu, illam optemus.

Sabbatis & feſtis, ferè omnia ſimilia vel geruntur vel videntur his, in quibus beati occupantur.

Beati in Cœlo laudant indefeſsè Deum dicentes, *Sanctus, S, S?*

Et quid aliud Sabbatis fit, quam cantatur?

Beatis nullus iam labor? requies ſumma?

Apoc. 14. *Amodò iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.*

Opera enim illorum ſequuntur illos.

Sabbatis qooque *operari non licet*, Sabbatis otia ſancta ducuntur, etiam brutis animantibus.

Soluite vincla iugis, nunc ad præſepia debent
Plena, coronato ſtare boues capite. Tibull. lib. 2. eleg. 1.

Beati, ſunt ſtabiles, & (vt ſchola loquitur) impeccabiles?

Sabbatis etiam quieſcitur (ait quies imperatur) à pec-

peccatis, ijſquíe maximè. Pax tunc alta cum Deo éſt, aut indutiæ.

Beati cognitione Dei replentur?

Sabbatis etiam populi concionibus, catecheſibus erudiuntur.

II.

Quandò inſtitutum Sabbatum, quam religioſè à Iudæis obſeruatum, & vt à nobis obſeruandum.

Quidam autem putant Sabbatum inſtitutum ipſo rerum initio: & videri ferè poſſit ex iſtis verbis Geneſ. 2. *Compleuitq́; Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo.*

Alij, primum inſtitutum lege Moſaica; Toſtatus in hac ſententia.

Probabile ex his.

* j. *Quòd* Theologi vnum tantum præceptum datum Protoplaſtis, de non comedendo ſcilicet fructu vetito, adfirmant.

* ij. *Quòd* nuſquam ante legem Moſis leguntur Patriarchæ primi Sabbatum obſeruaſſe, homines alioqui ſtudioſiſſimi rerum diuinarum.

* iij. *Quod* Moyſes, ſi vetus fuiſſet de Sabbato præceptum, ipſum ab tanta antiquitate commendaſſet.

Videamus verò, qua religione Iudæi Priſci Neotericiq́; illud obſeruitarint, & nobis Sabbatum noſtrum Chriſtianum ſanctificandum, & quæ cauſæ tantæ obſeruantiæ.

Tum quæ illic ſuperſtitio, quæ legitima Obſeruantia.

Suidas in Hiſtoricis verbo σάββατον. *Sabbatum*, inquit, *ſeptimus dies: ocium ille quidem corporis, ſed ſpiritualem occupationem multiplicem complectebatur.*

Idem ibid. in verbo σαββάτου ὁδός. *Sabbathi via eſt* 2000. *cubitorum. Tanto enim ſpatio arca caſtra antecedebat: tantoq́ue interuallo, quibus id fas erat, arcam mouebant in Sabbatho.*

Obſeruandi, præ cæteris feſtis, Sabbati hæ cauſę.

* j. *Quòd* quædam feſta ab hominibus tantùm inſtituta, hoc autem à Deo ipſo.

Lex excellentioris Legislatoris haud dubiè ſanctius colenda, quàm inferioris.

Eſther 16. Feſtum annuum liberationis Iudæorum, à clade, quam Aman, odio Mardochæi, pœnè eis intulerat, decretum fuit ipſius Artaxerxis.

1. Machab. cap. 4. *Statuit Iudas, & fratres eius, & vniuerſa Eccleſia Iſrael, vt agatur dies Dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo &c.* Chriſtus encænia illa obſeruauit. Ergò.

* ij. *Quòd* alia ob memoriam beneficij vni dumtaxat genti collati; vt Paſcha, ob liberationem Iudæorum ex AEgypto; Pentecoſte, ob eorum eruditionem per legem datam &c.

D. Chryſoſt. homil. 60. ad pop. Antioch. *Iudæis quidem annuatim propriorum monumenta beneficiorum ſolennitates Deus alligauit.*

Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus. Pſal.

Sabbatum autem ob memoriam beneficij collati in vniuerſos nempè creationis rerũ, inſtitutũ.

* iij. *Quod* alia ob accidentia naturæ, vt ob libertatem redditam, inſtructionem &c.

Sabbatum autem ob Natu.. m ipſam, & eſſe diuinitùs datum.

Itaq; & Iudæis olim Sabbatum in ſummo hono-

Alia enim feſta etiam Sabbata nuncupabant; vt ibi; *hoſtes deriſerunt ſabbata eius.* Thren. 1.

Item hebdomadem totam, teſte Ioſepho. Vndè illud Phariſæi, *Ieiuno bis in Sabbato* &c.

Et ſic obſeruari iuſſerat Deus, vt neque homo, neque beſtiæ, neq; indigena, neque aduena, tum poſſet operari.

Exod. 20. *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas.*

Hierony. in Leuit. *Quandò fueris in terra hoſtili, ſabbatiſabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ.*

Sabbatis certa ambulandi meta. vndè & illud, *Sabbati habens iter.*

Sabbatis ne cibos quidem Iudæi præparabant, imò maiores eorum ne eo die quidem manna colligebant; pridie duplum collectum oportebat.

Non amore Chriſti, quem in crucem egerant, ſed reuerentia feſti, effecerunt, *vt non remanerent in cruce corpora* Sabbato; *erat enim Magnus dies ille Sabbati.*

Sabbato, ne quidem arma capere, & ſe ab Antiocheno milite tueri voluerunt.

1. *Macbab.* 2. Antiochi perſequutione, qui in deſerto erant fugitiui, militibus Antiochenis prælium ſabbato mouentibus, *non reſponderunt eis, nec lapidem miſerunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes: Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes erunt ſuper nos cœlum & terra, quòd iniuſtè perditis nos. Et intulerunt illis bellum ſabbatis. & mortui ſunt ipſi, & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum, vſq; ad mille animas hominum.* Conſilio tamen ſalutariore vſi reliqui etiam Sabbatis ſe tueri ſtatuerunt, ne to-

Digitized by Google

ta gens dolo hoſtium ſemper Sabbatis laceſſita diſperiret.

Gothos olim Chriſtianos, tempore Honorij Imp. & Stiliconis, Duce aduerſo Saule quodam, & gente & religionis perfidia Hebræo, idem ſacro Paſchæ die feciſſe legimus. *Mirum verò* (ait Blondus Flauius) *&, quod, niſi concordi ſenſu omnes referrent ſcriptores, ſubpreſſurus fui, non paruam occiſi militis partem, quam repugnando potuit ſaluare, Viſigothus amiſit, dum religione ſacratiſſimi Chriſtianis diei à pugna ceſſantes, Rex & cæteri Duces ſeſe continebant, ſi fortè ceſſaſſet hoſtilis perfidia, expectantes. Cum autem nedum ceſſare hoſtem ſed magis atq; magis inſtare conſpexerunt; rabidi inſtitere, & Hebræis militibus mirabili procella repreſſis in fugam conuerſis, eos pœnè ad internecionem ceciderunt.* Blondus Flauius decad 1. lib. 1.

Quemcunq; olim grauiter notatum volebant Iudæi, ſabbati violatorem vocabant, vti nos modò hæreticum &c.

De Chriſto; *Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbatum non cuſtodit.*

Matth. 12. *Marci* 2. *Luc.* 6. Diſcipulos accuſarunt, quòd Sabbato, fame vrgente, ſpicas euulſiſſent, & confricatione manuum paleis in cibum exuiſſent.

Chriſtum hodiè obſeruant, ſitne Sabbato curaturus.

Et certè, Deus exactiſſimè voluerat obſeruari, qui eum, qui duo ligna ſabbato collegiſſet ſic iuſſerat lapidari, vt nunc Hęreticos comburi.

Efferri nihil, nihil inferri Ieroſolymam Sabbato cupiebat. *Ierem.* 17. *verſ.* 21.

Superſtitioſiores tamen hic Iudęi quam par fuit, qui ne quidem Neceſſitatis aut Charitatis opera tum exerceri patiebantur.

Salo-

Salomon quidam Iudæus in Anglia, cum in cloacam Sabbato cecidiſſet, extrahi inde Sabbato noluit, ſed dixit;

Sabbata ſancta colo, de ſtercore ſurgere nolo; itaque neque ſequenti die Dominico, ex ſententia Iudicis loci extractus eſt, reſpondente ei patrefamilias quocum verſabatur;

Sabbata noſtra quidem Salomon celebrabis ibidem. Annales Angliæ & Stapletonus hic.

Itaque Sabbatarij dicti Iudæi à Romanis, & Martiale.

Ergò nobis Chriſtianis videndum, quomodò ritè Sabbatum (id eſt, nobis Dominicus, aut feſtus quiuis dies) obſeruandum.

Eſt ergò tunc ab omni opere ſeruili abſtinendum.

D. Thomæ ſenſo, operũ genera ſunt quatuor
- 1 *Animi, vel ad animum præcipuè relata;*
- 2. *Corporis,*
  - 1. *Communia ſeruis & Dominis;*
  - 2. *Propria ſeruis;*
  - 3. *Seruilia ex placito Eccleſiæ.*

Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3.

* 1. *Animi* &c. vt ſtudere, docere, legere, ſcribere literas &c. Huiuſmodi non prohibentur quidem, etiamſi ſtudio lucri fiant, quoniam ſeruilia non ſunt, ſed liberalia: nec naturam operis finis operantis mutare poteſt.

Quatenus tamen Dei cultum impediunt in feſtis requiſitum, non abſq; peccato fiunt.

* 2. *Corporalia communia* ſeruis & liberis, vt equitare, militare, pulſare inſtrumenta, venari &c.

Nec hæc per ſe prohibentur, niſi quatenus impediunt cultum DEI, cui ſacri dies deſtinantur.

Digitized by Google

ſerente, ingemuit, quòd nondum tot bellis, tot iam annos fortiter geſtis, vnũ plenè ſuperaſſet; addunt aliqui, etiam foſſores adhibuiſſe, qui mundos ſubterraneos (ſi qui fortè ſubtus abditi laterent) inuenirent, ac detegerent.

Diogenes contra vaſculo vno verſato ad Solẽ, ad vmbram, ad auram, contentus fuit, cupiditatis habendi victor fortiſſimus.

Sabbatum ergò ritè obſeruabunt, qui illud Iſaiæ audient, *Quieſcite agere peruersè; diſcite benefacere;*

Et illud; *Declina à malo, & fac bonum.* pſal.

Sabbatum magnum, vti & Ieiunium magnum, eſt à peccatis abſtinere, quod *ſabbatum delicatum* à Domino adpellatur. *Iſai.* 58.

Qui in Deo quoque requieſcent, ei gratias agendo, atque in eo ſpe tota acquieſcendo.

Iſai. 56. *Cuſtodiens ſabbatum ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas, ne faciat omne malum.*

Hoc ſabbatum ritè dixeris *Sabbatum Beatorum, ſabbatum Cælicolarum.*

Fœdera noua cum Deo ſancienda, bona proponenda.

Miſſa ſaltem audienda.

Templa frequentanda, audiendæ conciones, legendæ ſcripturæ ſacræ, aut vitæ Patrum &c.

Act. 17. *Scriptura per omne ſabbathum legutur.*

Operibus bonis & miſericordiæ, tunc vacandum.

Miſericordiam volo, & non ſacrificium.

Lege Moyſi cautum, Sabbato du ferri, cæteris vnicum.

Chriſtus tùm exercuit opera miſ plicia, Spiritualia, Corporalia.

Digitized by Google

Sabbatis enim docuiſſe ſæpè in Euangelijs legitur.

Item miracula feciſſe, vti & hic hydropicum curando.

Alias ſocrum Petri febricitantem. Phariſæus hodie Sabbato Chriſtum pauperem cibat.

Quod communionẽ adis, laudo; ſed velim & te communionẽ illam frequentare, de qua dicitur, *Communionis Sanctorum nolite obliuiſci.*

Quod fuſius tunc oras, commendabile eſt; Sed velim te tam aureorum in pauperes, quam verborum ad Deum eſſe Sabbatis liberalem &c.

Iſai. 58. *Si auerteris à Sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, & vocaueris Sabbatum delicatum, & ſanctum* Domini *glorioſum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem: Tunc delectaberis ſuper* Domino, *& ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui.*

Iſa. 56. *Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.*

Ratio poſtulat. Qui enim hic Montibus res mercatoris alicuius Antuerpienſis adcurarit, meritò -xpectat res ſuas viciſſim ab Antuerpienſi illo An-
-rpiæ adcurari; hoſtimentum, tantum pro tanto,
-m pro gratia.

-plum probat, & quidem illuſtre.

-ania, falciferis & meſſoribus quibuſdã
-bilis cuiuſdam feſto die herbã demetẽ-
-re veſperarũ iá præſente, cum quidam
-t alloquutus; deſiſtamus, nam pulſus
-onuit: & illis negantibus, imò & irriden-

dentibus, ipſe vnus omiſſo opere veſperis interfuiſſet; Tertioq́ poſt die ad ſocios reuerſus opus cœptum perfecturus, cùm vidiſſet ipſos longè in opere ſibi anteiſſe, atque ſe irridere, nihilominus fortiter id ferret, cùm manum falci ad metendum admouiſſet, inuenit aureum nummum elegantem & precioſum, è frutice herbaqúe pendentem, vndè poſitis genibus lachrymas fundens Deo benedixit. Cumque ſocij vocati cũ Nobili accurriſſent; Nobilis agri Dominus cum eſſet literatus, nummũ ità inſcriptum inuenit, lingua patria, vti Latinè reddo; *Manus Dei me compegit, & in donum me redegit pauperi, qui non infregit diem Sancto celebrem.* Emit autem hunc nummum vxor illius viri nobilis circiter centum marcis, ſtudioſeq́ tanti miraculi monimentũ adſeruauit. *Th. Cant. l. 2. Apum c. 53. part. 9.*

Chriſtus autem rectè riteq́ ex mente Legislatoris Sabbatum obſeruauit, etſi opus corporale medicinæ ſcilicet, relatum ad corpus eo die fecerit.

Patet vel ex hac eius pro ſe ad Phariſæos apologia, *Cuius veſtrum vos, aut aſinus &c.* q. d. ſi licet, quod ſeruilius, operoſius, & vilius eſt; licet quod facilius eſt, nobilius, & liberalius. Sed opere operi comparato, liberalius, nobilius facilius fuit, hydropicum ſolo tactu curare, quam bouem aut aſinum conatu magno, per funes machinasq́; extrahere. Ergò.

Deinde; ſi obiectum & materiã, circa quã, compares; quanto dignior homo bobus & aſinis?

Denique; ſi finem ſpectes, Chriſtũ mouit Charitas proximi, nulla ſpes lucri; Phariſęos autem amor ſui, metus damni, & auaritiæ ſpecies quædam.

Charitas omnia ſuffert.

Neceſſitas omnia excuſat.

Prou. *Neceßitas non habet legem.*

Legum & Legislatorum ſcopus, ſalus publica eſt.

Lex

Lex hominum bono data, non debet aduerſus hominis bona, inq; ruinam eius militare.

Cic.lib.1.off. *Exiſtunt ſæpè iniuriæ calumnia quadã, & nimis callida, ſed malitioſa Iuris interpretatione, ex quo illud, SVMMVM IVS, SVMMA INIVRIA, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium.* Ex Terentij Heaut.

Certè, Chriſtus ipſe oſtendit quantum excuſet neceſſitas, qui Apoſtolos adcuſatos; quod Sabbato ſpicas euulſiſſent fame preſſi, excuſauit, adlegato & probato Dauidis facto, qui extrema fame, panes ſacros propoſitionis, contra legis edictum, comediſſet, vti habes *Lib.1.Reg. Matth.12. Marc.2. Luc.6.*

Neceſſitate vrgente, feſto die, lanas erudire, fila ducere, ſuere &c. nulla religione prohibear.

Neceſſitate, propemodum carnibus humanis occiſorum audenter veſcar, etiàm filiorum, vt illa Maria fœmina nobilis, Eleazari filia, obſeſſa à Veſpaſiano Ieroſolyma.

Franciſcanus, pecuniam etiàm medio foro tractauero, vbi aliter vitam ducere non licebit, *Iure Poli* ſcilicet, vt loquuntur Pontifices in declarat. Regulæ D. Franciſci.

Nicolaus Papa III. *Et quidem vbi (quod non eſt aliquatenus præſumendum) hæc cuncta deficerent* (fides ſc. Eccleſiæ, & opera miſericordiæ) *ſicut nec cæteris, ſic neque ipſis fratribus iure poli in extrema neceſſitatis articulo, ad prouidendum ſuſtentationi naturæ, via omnibus extrema neceſſitate detentis conceſſa præcluditur, cùm ab omni lege extrema neceſſitas ſit excepta.* Hæc ille art. 2. §.3 declarationis Reg.

Marci 3. Sanaturus in Synagoga hominem arida manu Chriſtus, obſeruantibus Phariſæis dixit, huc ſpectans, *Licet Sabbatis benefacere an malè, ſaluare vnam animam, an occidere?* Nam *ſi* potens non ſanaſti,

non

Digitized by Google

non pauiſti, occidiſti, ait Ambroſius: *Si delicta qui non vetat, cùm poßit, iubet:* malum infert, qui cum poſſit, non arcet. Legem hoc non eſt ſoluere, ſed adimplere, cuius ſcopus primus ac ſummus, charitas & noſtri cura eſt.

Si lex Sabbati ad bonum & quietem etiàm corporum data eſt; cur non liceat Sabbato morbum, aut moleſtiam magnam, quæ bono quietiq́; corporis maximè aduerſantur, cura, arte & labore propulſare, vt fini legis, id eſt quieti corporis, fiat ſatis?

Finis legis, dilectio Dei. Suique ſed & proximi ordinata.

Curentur dubÿ feſtis maioribus ægri.

Iuuenal ſat. 13. *Quæ tàm feſta dies, vt ceſſet prodere furem,*
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quæſitum, & partos gladio, vel pyxide nummos? pyxide, i. veneno in pyxide parato.

Omnia quidem cætera *tempus habent*, ſed benefaciendi tempus omne eſt oportunum.

III.

Qui malè obſeruent.

Sabbata malè obſeruant
- 1. *Nimis operoſi;*
- 2. *Ignaui;*
- 3. *Vani;*
- 4. *Voluptarÿ.*

* 1. *Nimis operoſi*, Feſta ſuſque deq́; qua lucrum ſpectatur, habentes, æquè tùnc operantes, pugnantes offenſiuè &c.

Adeò auaros neceſſariò nunc facit quoſdam immenſa in luxum prodigalitas.

Neceſſe eſt quibuſdam male coaceruare opes, quas peius effundant.

* 2. *Ignaui*, quibus perpetuum eſt Sabbatum, ſed

Reipub.

Lex hominum bono data, non debet aduerſus hominis bona, inq; ruinam eius militare.

Cic. lib. 1. off. *Exiſtunt ſæpè iniuriæ calumnia quadã, & nimis callida, ſed malitioſa Iuris interpretatione, ex quo illud, SVMMVM IVS, SVMMA INIVRIA, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium.* Ex Terentij Heaut.

Certè, Chriſtus ipſe oſtendit quantum excuſet neceſſitas, qui Apoſtolos adcuſatos; quod Sabbato ſpicas euulſiſſent fame preſſi, excuſauit, adlegato & probato Dauidis facto, qui extrema fame, panes ſacros propoſitionis, contra legis edictum, comediſſet, vti habes *Lib. 1. Reg. Matth. 12. Marc. 2. Luc. 6.*

Neceſſitate vrgente, feſto die, lanas erudire, fila ducere, ſuere &c. nulla religione prohibear.

Neceſſitate, propemodum carnibus humanis occiſorum audenter veſcar, etiàm filiorum, vt illa Maria fœmina nobilis, Eleazari filia, obſeſſa à Veſpaſiano Ieroſolyma.

Franciſcanus, pecuniam etiàm medio foro tractauero, vbi aliter vitam ducere non licebit, *Iure Poli* ſcilicet, vt loquuntur Pontifices in declarat. Regulæ D. Franciſci.

Nicolaus Papa III. *Et quidem vbi (quod non eſt aliquatenus præſumendum) hæc cuncta deficerent* (fides ſc. Eccleſiæ, & opera miſericordiæ) *ſicut nec cæteris, ſic neque ipſis fratribus iure poli in extremæ neceſſitatis articulo, ad prouidendum ſuſtentationi naturæ, via omnibus extrema neceſſitate detentis conceſſa præcluditur, cùm ab omni lege extrema neceſſitas ſit excepta.* Hæc ille art. 2. §. 3 declarationis Reg.

Marci 3. Sanaturus in Synagoga hominem arida manu Chriſtus, obſeruantibus Phariſæis dixit, huc ſpectans, *Licet Sabbatis benefacere an malè, ſaluare vnam animam, an occidere?* Nam *ſi* potens non ſanaſti,

non

non pauiſti, occidiſti, ait Ambroſius: *Si delicta qui non vetat, cùm poßit, iubet:* malum infert, qui cum poſſit, non arcet. Legem hoc non eſt ſoluere, ſed adimplere, cuius ſcopus primus ac ſummus, charitas & noſtri cura eſt.

Si lex Sabbati ad bonum & quietem etiàm corporum data eſt; cur non liceat Sabbato morbum, aut moleſtiam magnam, quæ bono quietiq́ corporis maximè aduerſantur, cura, arte & labore propulſare, vt fini legis, id eſt quieti corporis, fiat ſatis?

Finis legis, dilectio Dei. Suique ſed & proximi ordinata.

Curentur dubijs feſtis maioribus ægri.

Iuuenal ſat. 13. *Quæ tàm feſta dies, vt ceſſet prodere furem,*
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quæſitum, & partos gladio, vel pyxide nummos? pyxide, i. veneno in pyxide parato.

Omnia quidem cætera *tempus habent*, ſed benefaciendi tempus omne eſt oportunum.

III.

Qui malè obſeruent.

Sabbata malè obſeruant:
- 1. *Nimis operoſi;*
- 2. *Ignaui;*
- 3. *Vani;*
- 4. *Voluptarij.*

* 1. *Nimis operoſi*, Feſta ſuſque deq́, qua lucrum ſpectatur, habentes, æquè tùnc operantes, pugnantes offenſiuè &c.

Adeò auaros neceſſariò nunc facit quoſdam immenſa in luxum prodigalitas.

Neceſſe eſt quibuſdam male coaceruare opes, quas peius effundant.

* 2. *Ignaui*, quibus perpetuum eſt Sabbatum, ſed Reipub.

Reipub.ſed ſibi exitioſum.*Homines enim nihil agendo,malè agere diſcunt*,aiebat Cato,opinor.

Ignauis ſemper feriæ,nullus illis profeſtus eſt dies, aut operoſus.

Contra tales(ſenſo meo)Cenſus & Luſtrum ſit neceſſarium, vt quondam in Aegypto ſub Amaſide,& olim apud Romanos,quo ſingulis quinquennijs ſedulo ex vnoquoque ciue diſquirebatur, qua arte vitam ſuſtentaret; itaque aliquando Sabbatarij & ignaui iſti feriatores,adeò Româ exultarunt, vt vnis literis ad pauca millia paſſuum perferendis aliquando reperiri baiulus nequiuerit,ſic omnino omnes ſuum opus,ſuaq; ars occupauerat. *Launeus in ſuo paruo theatro*.

Roma tunc *panem otioſa non comedit*.prou.

De Luſtro igitur eſſet cogitandum. Quin etiam ſuæ artis cuiq; eſſent geſtanda quædã inſtrumenta.

* 3.*Vani*,à quibus non aliter obſeruantur Sabbata aut feſti dies,quam nouæ & ſplendidæ veſtis, & noui collaris ornamenti geſtatione &c. munditiæ tum corporis maiores,ſed hoc tantum.

Ex veſtibus ipſorum ſolis, diſcere poſſis feſtum diem eſſe,cum neſcies,vt quidam Dominicum diem,ex numero ouorum à gallina ſua excluſorum.

* 4.*Voluptarij*,qui Sabbata ſanctificant comeſſationibus,ebrietatibus,choreis &c. Suum Hyoniũ tunc magis,quàm templum colunt.

Rabbini veteres Iudæorum tradunt, Diabolos adeò Sabbati ſui ſanctione offenſos , vt ea nullus vnquam in populi frequentia permanſerit, ſed omnes ab hominũ infeſtatione ceſſaſſe,ad deſerta& ſpeluncas profugiſſe. At hodie dixeris omne cacodæmonũ genus noſtris ferijs euocatum, vt his potiſſimũ diebus multorum animos illaqueent.*Ludouic.Granat.conc.huius Dom.*

Hi in-

Digitized by Google

Hi inſtar Gentium, nil feſtis ſuis diebus, quam epulationes celebrant; vel in honorem Deorum ſuorum (legiſtis illud *Quorum Deus venter eſt*) ludos agunt.

Lupercalia dicas & Bacchanalia Paganorum, ipſorum feſta; ipſos Lupercos & Corybantes &c.

Quam Magno exterorum ſcandalo hæc fiunt, Deus bone!

Thr. 1. *Viderunt eã hoſtes, & deriſerunt Sabbata eius.* Inſolentijs iſtis quorundam, multi qui adhuc extra Eccleſiam ſunt, extra eam diſtinentur, alioqui in ſinum eius & ouile Chriſti venturi.

Quis n. adeat Monaſteriũ, aut religionẽ, q̃ ſciat ità corruptã vt ibi periculoſius, quã alibi, ſit victurus?

Pſal. 73. *Dixerunt cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.*

Et quam ſunt magna etiam ſic feriantiũ damna! Iritãt Deum & ſuperos, cum placari oportebat. Vt nunquam iratior Chriſtus fuit, quã cũ in tẽplo à mercatoribus & numularijs peccatum eſt; ſic cùm peccatis iritatur ſacro die, quo placari debuerat.

Effunditur (vt ſic dicam) *ſanguis belli in pace.*

Si *ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius*; imò ſi obſcurius lumen, quã tenebræ ipſæ, id eſt, peccatis occupatiores ſacri dies, quã ꝓfeſti & operibus manuũ dicati, vti reuera multis accidit; (Nã profeſtis illis diebus, operis exercentur, vxoribus adſunt, familiam alunt, inſtruunt; contrà, feſtis vxores deſerunt, exponunt, liberorũ res adtenuant, ipſos ebrietatibus, iurgijs, cædibus &c. ſcandaliſant;) *Si lumẽ quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?*

Si ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur?

Si antidota vertis æger in venena, quæ ſpes ſalutis?

Ad nihilum valet vltrà ſal infatuatum, niſi vt mittatur foras. Hinc

Hinc igitur templorum noſtrorum ruina, Sacerdotes gementes, &c. hinc exilia, & exitia noſtra: hinc ſacrorum noſtrorum direptiones. Quorſum enim non vtentibus, vel Templa, vel Sacra, vel Feſta? Dentur genti facienti fructum.

Certe templi Salomonis ruina neglectui ſolennitatum adſcribitur. Quorſum templa, vaſa, & Miniſtri, Templorum, Miſſarum, Concionum etiàm Sabbato contemtoribus?

Hinc artium quoque & lucri veſtri ceſſatio. Vox nunc communis populi, & mercatorum &c. *Nihil fit*, id eſt, quæſtus & lucrum nuſquam vllum; *Mundus pauper eſt iam* inquiunt omnes. Quæritur vnde? Inde omninò. Inde nihil fit diebus profeſtis, quod feſtis rite non ſabatizamus, & agimus non agenda.

Cogimur inuiti bellorum temporumque iniuria ſabbatiſare, cum non oportet, quoniam, cum oportet, nolumus.

Terra atque agri inculti iacere coguntur aliquando temporibus importuniſſimis, quoniam feſtis diebus, importunis laboribus intendimus &c.

Quia multa fiunt feſtis non fienda, fienda profeſtis fieri diuinitus non ſinuntur.

Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Plaut. in Aulul.

Promiſſa hic Dei, & minas videte.

Ieremiæ 17. *Hæc dicit* Dominus: *Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Ieruſalem.* Et *nolite eijcere onera de domibus veſtris die* Sabbati, *& omne opus non facietis: ſanctificate diem* Sabbati, *ſicut præcepi patribus veſtris...* Et *erit: Si audieritis me, dicit* Dominus, *vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die* Sabbati: *& ſi ſanctificaue-*

caueritis diem Sabbati, ne faciatis in eo omne opus: Ingredientur per portas ciuitatis huius Reges & Principes, ſedentes ſuper ſolium David, *& aſcendentes in curribus & equis, ipſi & Principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum &c. Si autem non audieritis me, vt ſanctificetis diem Sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalem in die Sabbati: ſuccendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalem, & non extinguetur.*

Ignem belli inextincti, opinor, etiam intellligit.

Et vndè tam longa & inextincta hactenus Belgici belli incendia? An non & hinc quoque fortaſſe?

Iſai. 1. *Neomeniam & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens.*

E*mendemus* ergò *in melius, quæ ignoranter peccauimus.*

Sabbatum faciamus delicatum, & beatorum.

Intentionem Legiſlatoris ſpectemus.

Ceſſemus ab operibus mortuis, ac mortiferis, tum maximè.

Opera Creationis quidem etiam, ſed maximè recreationis tum contemplemur, & contemplati Creatorem recreatoremq; veneremur &c.

Eſt tamen Creatione Recreatio ipſa noſtri vtilior, ac laborioſior.

Creans enim penè luſit Creator; verba tantum imò meras voluntates huc impendit; Recreans verò ſudauit, & alſit, &c. non verba tantùm, ſed ſanguinem ſed vitam huc effudit.

Palea & ſcopæ diſſolutæ.

Ioſephus lib. 7. belli Iudaici c. 24. ita refert de amne quodam (vt vocat) Sabbatico: *Is fuit inter*

Arcas, & Raphanaas, Agrippæ regni ciuitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cum ſit quandò fluit plurimus, neque meatu ſegnis, tamen interpoſitis ſex diebus à fontibus deficiens, ſiccum exhibet locum videre. Deinde quaſi nullâ mutatione factâ, ſeptimo die ſimilis exoritur: atq; hunc ordinem ſemper eum obſeruare, pro certo compertum eſt. Vndè etiam Sabbaticus appellatus eſt, à ſacro Iudæorum ſeptimo die ſic denominatus.

Suidas in hiſtoricis verbo σάββατον δευτερόπρωτον. *Sabbathum,* inquit, *qui ſecundus erat Paſchatis dies, & primus Azymorum, Sabbathum quietem ſeu ocium ſignificat: ſed omne feſtum ſic appellatur. Expletur autem qualibet hebdomas, occaſu Solis poſt Sabbathum.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM HISCE Naufragij tabulis contentarum.

A.

Abgarus Edeſſæ rex, videndi Chriſti cupidus 8, 82
Abgaro Edeſſæ regi Chriſtus imaginem ſuam in tabella pictam dedit 240
Abimelechi propter libidinem regnandi flagitia 42
Abraham diuitis epulonis preces, pro fratrum conuerſione, non acceptauit 107
Abrahami ſumma virtutes. 18. peregrinatio. 88. Et fuga 190
Abrahæ Abbatis oraculum 111
Abrahami eremitæ factum pro ſua nepte 294
Abſalon regnandi libidine patrem perſecutus. 42. fratricida non admiſſus ad faciem patris Dauidis 136
Achabi regis in Prophetas immanitas 133
Actæonis fabula, eiuſq; explicatio 274
ob Adulterij crimen falſum mulier ſepties inaniter icta 61
Æacidum imitatio 4
Æliani locus de Alexandri Magni ſepultura 287
Aeneæ Troiani pietas erga Sacra. 52. erga Creuſam vxorem dilectio 329
Aeſtas & hyems in amicitiæ ſimulacro quid 282
Aetna mons ardens 245
Agamemnonis luctus de filia mactanda. 61. erga filiam ſuam Iphigeniam crudelitas 327
Ageſilai dictum, cum Tiſaphernes Perſa violaſſet pactas inducias 130
Aiax Oileus cum claſſe ſua fulmine percuſſus, & quare 129
Alberti cuiuſdam hæretici blaſphemia 243
B. Alberti Martyris corpus, Alberto Archiduci à Ludouico XIII. Francorum Rege dono datum;

tum;

tum. 321. Quanto applauſu à Belgis recceptum 322
L. Abini Rom. erga Veſtaſtales obſeruantia meritaq; 49
Alexander Magnus ſoli Phocioni Athenienſium duci ſcribebat in literis, χαίρειν. 78. Iouis haberi & appellari filius cupiebat 267 humiliter ſepultus. 287, 288
Alexandri Magni erga Iudaorum Pontificem reuerentia. 49. titulus apud Brachmanes. 113. erga Clitum caritas 328
Alexandri, Regis Epiri, corpus à muliere ſepultum 281
Altari ſeruientes, inde viuant 11
Ambroſÿ locus de B. Virgine. 76, ad ſanctas mulieres, 93. Ad virgines 104 de Deo nobis omnia præſtante 337
Amedæus Sabaudiæ dux, quos diceret habere ſe venaticos canes 275
Amicitiæ ſimulacrum 282
Amicitiam gignit omnis ſimilitudo 25
Amicum verum quæ deceant 284
Amulÿ propter regnandi cupiditatem ſcelera 42
S. Andreæ vox, crucem paratam ſibi videntis 304
Angelus ab homine pudico quid differat 72
Angeli tres Lotum ſeruarunt incolumem 8
Angeli B. Mariæ peregrinantis comites 86
Angliæ putei ſalinares 174
Anima virtutibus inſtructa, comparatur ornato templo 25
Annibalis poſt victoriam de Romanis partam ſuperbi ſpiritus 300
Anſelmi locus, de Diabolo per patrem intellecto 264
Antigono regnum, ſplendida ſeruitus. 45. 46. Qui, priuſquam capiti imponeret traditum ſibi diadema, quid dixerit. 46. deque eodem diademate, admiranti vetulæ quid reſponderit Ibid.
Antiochus de ſacrilegio punitus 129
B. Antonius ille magnus quan-

quanti ſacerdotes, ipſorumque benedictionem fecerit 48

Antonij eremitæ reſponſum notabile ad Conſtantini Cæſaris aulicos, à quibus ad palatium Cæſaris inuitabatur 112

S. Antonius imploramus ignibus ſacris 183

Apollo abbas exemplo ſuo docet, monachis aut nonnis nequaquam licere, etiam caritatis erga proximum reſpectu, è clauſtris exire 108, 109

Apollonius quas gentes adierit diſcendi cupiditate 83

Apoſtoli à peccato mortali poſt diem Pentecoſtes immunes effecti 98

Aranearum in texendo fœcunditas 174

Ad Arcam Domini Dagon corruit. 16. domus Obed-Edom felix euaſit. Ibid. illam ex domo Obed-Edom cur ad ſe reduci Dauid imperarit Ibid.

Archeſilai dictum de medicorum multitudine 182

Archetypus omnis debet eſſe perfectiſſimus 211

Archilochus in Lycamben 59

Archytas Tarentinus quid dicere ſolitus 35

Archytæ Tarentini teſtimonio, quiſque voluptatis ſuæ quærit conſcium 91

Ariſtagoras, pro Ionibus ſupplex, vſus inſolita veſtitus munditie, quid ab Ephororum quodam audierit 123

Ariſtidem contriſtabat patriæ de ſeipſo dedecus 118

Ariſtotele teſte, difficillimum tacere, quæ dicenda non ſunt 66

Arma ſibi congruentia, cuilibet ſumenda 111

Arnoldi abbatis locus, de bono latrone in Chriſti gratiam recepto 138

Arſenius hominum adeò fugitans, & quare 22

Aſpricollis (ſiue Scharpſchu-uel) in Belgio, locus peregrinatione ſacra nobilis 82

Athenæ omnium artium & ſcientiarum inuentrices & altrices 278

Athlius quid. 45. Athlius ab Athlio, per Athliam ad Athlium Ibid.

Auaritia frequens hodie 162
Augiæ ſtabulum 19
Auguſtini locus de Martha Chriſti hoſpita. 9. *qui ſint minores.* 208. *de B. Hieronymi & Ruſſini pacificatione,* 265. *de non hæreticis* 309
Auguſto ſanguiſugæ dictæ, uxor eius & neptis 40
Aurum Tholoſanum 129
Aegyptiorum ad Hebræos translatum 146
Autor Baronij uſus hoſpitio 10
Autoris precatiuncula ad Deum pro miſericordia impetratione. 160. *liber, Codrus Euangelicus.* 260

B.

Balaami Prophetæ ad regem Balac verba 222
Baltaſar pœnas dedit ſacrilegij 129
Bar. Cephæ locus, de Paradiſo. 141. *Et iterum. ibid.*
Baronius hoſpes autoris 10
Baronij ſententia de loco peregrinationis B. Virginis. 79. *locus, de laudibus Leodiorum* 270
Baſilij locus de Monachis & Nonnis 107
Baucis & Philemon pauperes, Iouem hoſpitati, experti ſunt beneficium 9
Bedæ locus de Sacro non omittendo. 33. *de viſitatione B. Mariæ Virg.* 92. *ac de eiuſdem humilitate* 93. *de B. Mariæ Virg. apud Eliſabetham mora* 114. *de Ioanne Baptiſta* 100
Belidum dolia 225
Bellum ſacrum inter Locrenſes & Phocenſes 130
in Bello requiſita 273
Beneficium tardum, minus gratum 104
Beneficia propter moram ingrata 140
Bernardi locus de Deo recipiendo. 26. *de Sacerdotibus.* 56. *de hominis pudici & Angeli differentia.* 72. *de Iohanne Baptiſta.* 100. *de omnibus Sanctis.* 257. *de erga DEVM gratitudine* 336
Bertiniani Monachi laudantur 116
Blondi Flauij locus, de Gothis olim Chriſtianis, die ſacro, hoſti non reſiſtentibus, ſed religionis er-

go ad internecionem penè trucidari ſe paſsis 356
Boethij locus de Deo 14
Bonaventura de B. Franciſco locus 244. 248
Bonifacius inſtitutor feſti omnium Sanctorum 252
Bruti ſtultitia ſapiens 22
Bucephalus Alexandri Magni equus, ab ipſo domitus 298
Budæo quid honorarium 41
Bufoni medetur plantago 180

C.

Cacus inſignis latro. 20
Calceus nouus qua parte pedem premat, nemo ſcit, niſi qui indutus eſt eo. 38.
Caluiniſtæ Deum in Sacramento altaris adeſſe, negant impiè 62
Camillus, alter Romulus 29
Canis unus in ſuo ſterquilinio multis praualet 128
Canticorum locus, de ſponſa erga ſponſum cura 330
Capris Cretenſibus medetur herba, dictamnus 180
Capucinorum in concio[nando] zelus. 213. regula à B. Franciſco. 219, 220
Careon locutuleius 66
Cariatharbe, ſeu Hebron, ciuitas 79, 80
Caritas flens cum flentibus, gaudet cum gaudentibus 92
Caritatis opera præcipua 325
Carolus V. Imperio depoſito, vixit in Monaſterio 46
de Caſſandrâ ſacerdotiſſâ in Palladis templo violatâ, fulminatus cum ſua claſſe, periit Aiax Oileus 129
Caſsiani locus, monachis extra Monaſterij ſepta non vagandum 108. Et iterum, Ibid. & 109 de Abrabæ Abbatis oraculo. 111. de conſiderandis circunſtantijs eorum, ad quos monaſtici ſint egreſſuri 112
Caſsiodori locus, de principis officio 206
Caſtitas perpetua grauis 57
Caſus Deo ſoli, quinam reſeruati 325
Catharina Senenſis pictura 241. 242.

Catonis dictum de Romanis, eorumque uxoribus 77 aliud apud Ciceronem, de inimicis & amicis 235
Catonis conqueſtio de bonorum indignitate 171 quod dicendi genus 307
Catonem pœnituit ſæpe, arcani aliquid fœminæ credidiſſe 64
Celeus hoſpes Cereris, ab ea beneficijs affectus 9
Celei regis domus beata Cereris aduentu 101
Celei, Triptolemi, Cererisq; fabula 9
Centurionis erga Chriſtum reuerentia 6
Q. Cepionis exercitusq; punitio, direpto auro ſacro 129
Cereris erga Celeum hoſpitem gratitudo. 9. de proſerpina ſolicitudo 331
de Cerere, Celeo, ac Triptolemo fabula 9
Chelidonius lapis 180
Chriſtianorum frons & facies à tyrannis olim notabantur. 228. Scripta ad Methodium Ibid.
Chriſtus apud Zacchæum ſeipſe cur inuitarit. 2. In omnibus modum tenuit ibid. aquam bibebat pro re nata ibid. Ieiunabat diutiſſimè ac ſeueriſſimè. ibid. Conuiuijs intererat. 3. Sobriũ curabat apparatum. ibid. ad Phariſæum declinabat. ibid.
Chriſtus agit imperiosè cum Zacchæo. 4. amat peccatores cõuerti paratos. 5. optabilis, & utilis omnibus hoſpitibus ſuis. 12. Agnus. 19. in quorumdam corda veniens, cur ibi nõ maneat. 24. de virgine deſponſata cur naſci voluerit. 65. à ſe cur diſcere ſuos velit. 206. abſque peccato ſolus 212
Chriſtus imaginem ſuam in tabella pictam, Abgaro Edeſſæ regi: & impreſſam linteo, Veronicæ dedit 240 in ſepulturam cur toties vnctus. 287. paſtorum optimus maximus. 291. reſurrectionis ſuæ probandæ cur ita ſtudioſus. 294, 295. fleuit ſæpe 340
Chriſti bonitas erga Zacchæum. 7. in bonum latronem indulgentia. 133, 134, 135, 136, fuga 189

Chri-

Digitized by Google

Chriſti paſſionis commoda. 226 erga Patrem obediẽtia. 235. miſsionem ad nos fuiſſe neceſſariã. 332. fletus duplex. 342 fletus quid nos doceat 344
Chryſoſtomi locus, de Chriſti aſcenſione. 165. Talenti diuiſio. 167. Talenti diuiſio. 167. de Talento. 167. de Reſurrectione. 297. de gratitudine erga Deum 336
Ciceronis locus de Pythagora. 5. de humanæ conſuetudinis neceſsitate. 35. Et iterũ, Ibid. in Piſonem. 41. de vitæ in omnibus animalibus cupiditate. 180. de caprarum in Creta ſolertia. ibid. de Ibide are. 181. de inimicis eſt amicis. 235. de Lacedamonijs. 272. de Tarquinij exulantis dicto. 283. de amicis. 284. de Catonis dicendi genere 307
Clauſtralibus an expediat parentes & amicos viſitare 106
Clauſtralium duo genera 111
Clementia maximè decet principem 345
Climaci locus, de Monachis & Nonnis 107
Codrus Athenienſium rex, pro patria ſponte mortuus 108
Codri Athenienſium regis ſpontanea pro ſuis mors 291
Codrus Euangelicus, liber authoris 260
Confeſſionis ſacræ ſigillum cur mulieribus in Eccleſia non creditum 64
Confeſsione oris verrenda ſæpè cordis noſtri domus 24
Conſtantinus Imp. quam liberalitatem obtulerit Euſebio Cæſareæ Epiſcopo. 253 pacificator inter Patres 266
de Conſtantino Auguſto & S. Nicolao hiſtoriola 176
Conſulum Rom. erga Veſtales ſacerdotiſſas reuerentia 49
Cornelij Muſſi locus de Apoſtolorum à peccatis mortalibus immunitate 98
Crates Thebanus, pacis conciliator in populo 266
Curia à curis dicta 45
Curtius pro patria mortuus 118
D. Cypriani locus, de pœnitente. 133. contra Nouatum

tum hæreticum 148
Cyri Perſarum regis ſtatutum, de corpore ſuo ſimpliciſſimè terra mandando 288
D.
Dagon ad Arcam Domini corruit 16
Dauid contra Goliathum. Saulis indutus armis, periſſet 111
Dauid & Moſes mites ambo, verùm non ſemper 211 212.
Dauidis humilitas 94. poſt adulterium pœna. 137. fuga. 190. in Vriam iniquitas 212
Dedicationis templi cur nulla facta mentio 1
Delos inſula fortunata Latonæ partu 102
Demadis dictum de Medicis 181
Democli paraſito Dionyſius tyrannus vt fidem fecerit. Reges minimè beatos eſſe 44
Democritus habitus inſanus apud ſuos Abderitas. 339. hominum vitia deridebat, vt Heraclitus deplorabat 339
Democriti ad Hippocratem ſermo 339
de Democrito locus Hippocratis 339
Demoſtheni ſemper in ore, Actio, Actio, Actio 294
Deſiderata initio, tandem pœnitenda 33
Deſiderata ab omnibus quæ 214
Detractores, appellati adiutores 235
Deus quibus artibus ad nos inuitetur 18
Deus in homine quibus rebus retineatur 24
Deus ignotus apud Paulum 255 & Pauſaniam. Ibid.
Dei amor parentibus & filijs præferẽdus. 107. in nos amor vt euidens 324
Deo ſupplicantium exẽpla 122. 123
Deo ſoli, qui caſus ſeruati 325
à Deo auxilij impetrãdi ratio optima 122
Deum in Sacramento Altaris adeſſe negãt impij Caluiniſtæ 62
Deuteronomii locus, de parentibus & filiis Deo poſthabendis 107
Dictamnus herba 180
Dies nefaſti & faſti 358
Dii ignoti apud Pauſaniam. 255.
Dilectionis opera præcipua 325

De-

Dina curioſa rapitur 39
Diocletianus Iouius Imperio depoſito, vixit ruri deinceps tenuiter 46
Diogenes, ſi reuiuiſcat, in nos conſpueret, mores noſtros intuens 20. vaſculo cur uteretur pro domo 125
Diogenis Cynici dictum 46
Dionyſius tyrannus Democli paraſito ut perſuaſerit, Regum conditionem non expetendam eſſe 44
B. Dionyſii Areopagitæ dictum, de viſa ſibi B. Maria Virgine 73
Diſcipulum præſtantem quæ efficiant 215
Diſmas, nomen boni latronis 134, 135. Quanto latrocinatus tempore. 135. beatus 151
Diſmæ latronis ad ſociũ latronẽ pia adhortatio 153
Diuitum prærogatiua 5
Dominica in Albis 302
Dominis duobus ſeruire eſt impoſsibile 264
Doſon, rex Macedonũ quidam cur ita per ludibriũ paſsim appellatus 140
Durandi locus, de feſto omnium Sanctorum 253

E.

Eburones ijdem, qui Leodienſes 270
Eccleſia Catholica cur triduo ante paſcha, 12. extinctis cãdelis, vnam ſeruet inextinctã. 71. mater noſtra indulgẽtiſsima 144
Eccleſiæ theſaurus 145
Eccleſiaſtici locus de diuite ac paupere 5
Eliſabetha prophetiſſa abſolutiſsima 96
Eliſabethæ erga B. Virg. Mariam reuerentia. 6. prophetia 94, 95, 96
Eliſæi erga hoſpitam ſuam gratitudo 167
Eraſmi moria & lingua. 59. locus de Maria Virgine 104
Eremita mutato habitu ingreſſus lupanar, ut inde neptem ſuam reduceret 112
Eſau, venator illaudatus 272
Eſtheris reginæ pia deuotio 122
Ethnici pleriq; morti ſeſe pro patria obtulerunt 118
Ethnicorum erga ſenes reuerẽtia. 94. poſt rẽ feliciter geſtam ſupplicationes 115
Euripidis dictum de inanibus ſepulturæ ſumptibus. 287
Eurydice quãto ſtudio ab Orpheo quæſita 330
Euſe-

Digitized by Google

Euſebius Cæſareæ Epiſcopus, petere iuſſus ab Imp. Cõſtantino, quid petierit. 253
Eutychius patriarcha contrarius Reſurrectioni. 299 à D. Gregorio conuictus. Ibid. Moriturus Reſurrectionem confeſſus eſt. Ib.
Eutychij liber ab Imp. Conſtantino exuſtus 299
Exaltatorum à Regibus exempla 325
Exodi locus, Dei ad Iſraelem 234. de Sabbato ſeruando 355
Ezechielis locus, de impio agente pœnitentiam 133
F.
Feli quæ herba meditatur 180
Ferula ſcholaſtica 228
Feſtum portiunculæ 132
Feſtis diebus ab opere ceſſandum. 349. Sed opera Dei deuotè contemplanda. Ibid. etiam quædam agere licita. 358. opera bona quoque licet exercere 363
Ficus, oliuæ, vitis, & rhamni fabula 110
Flandriæ ſuccurrendum aduerſus Hollandos 126
Flendum ſæpius, quàm ridendum 341
Fletus malus. 341. Laudabilis Ibid.
Fœminæ, quæ viris præluxerint 277, 281
D. Franciſcus tantum diaconatus officio contentus 52, cur vulneratus à pictoribus & ſculptoribus repræſentetur. 238. Chriſto exterius toto corpore ſimillimus Ibid.
B. Franciſci dictum ad ſuos. 21. Summæ pietatis opera. Ibid. locus de ſacerdotij dignitate. 49. feſta. 205, 223. humilitas. 218. Et per quæ innotuerit illa: Ibid. paupertas. 220. inſtituta. 219. amor in Chriſtum incredibilis. 246. Stigmata, in quem finem ipſi impreſſa 248
G.
Galatinus oſtendit, Mariam Virginem fuiſſe Iohanne Baptiſta maiorem 72
Galliæ Hiſpaniæq; Regiorum liberorum nuptiæ plauſibiles 320, 321
Gallus ex habitu notus 85
Gellij locus, continens epiſtolium Philippi Macedonis ad Ariſtotelem 278
Georgij Macropedij locus in

Rei-

Digitized by Google

Reipub. Leodienſis laudem 271
Germanorum veſtis erat braccata 85
Gratia gratis data in Iohanne Baptiſta 99
Gratiæ donum multiplex. 166. gratum facientis definitio 171, 172
Gregorii locus de præparāda Deo mente. 19, 24. de Sacerdotum officio. 55. de carne humana. 164. de Talento. 167. de B. Thoma 304. de Maria Magdalena. Ib. de B Thoma. 318, Et iterū. Ib. de ſeruitute noſtra Deo debita. 336. de proximi dilectione 263
Gueuarræ locus de Chriſti & patris colloquio 234
Gula latrocinium 158

H.

Hadriani imperatoris morientis dictum de medicis 182
Hæreſis & Hæreticus quis 308
Hæretici accidentia 308
Hæretici latrones 158
Hæretici qui nō habendi. 309 Quales ſint 311
Hebrō, ſiue Cariatharbe, ciuitas 79, 80
Helias & Eliſæus erga ſuas hoſpitas benefici 8
Heliæ fuga 190
Heliæ Cretenſis locus de leone 216
Heraclea quidam ciuis, vt diſcordes inter ſe conciliaret, impendio ſolicita 267
Heraclitus hominum vitia deflebat, Democritus ridebat 339
Herculis columnæ celebres 113
Henricus viij. Imperator hoſtia veneno infecta extinctus 45
Herrici Sedulii locus de Alberi hæretici blaſphemia 243
Hiarchas apud Brachmanas, in aureo throno ſedens, ac docens 83
Hieroclis locus de prærogatiua patriæ 117
Hieronymi locus, cur naſci voluerit Chriſtus de Virgine deſponſata 65. conſtanter adhærendum fidei Catholicæ. 113. de ignauo negotiatore. 170. de S. Ignatio. 304. de hæreſi. 308. de ſuis ſcriptis 310 Et iterum. Ibid de Arrio hæretico 319
Hippocratis locus de Democri-

cri-

crito. 339. Teſtimoniũ. Ib.
Hirundo pullis excæcatis medetur Chelidonio lapide 180
Hiſpani ex habitu cogniti 85
Hiſpanæ cuiuſdã virgũculæ admirandæ commendatio 99
Hiſpaniæ & Galliæ Regiorum liberorum nuptiæ optatæ & plauſibiles 320,321
Hollandorum conditio deterior 127,128
Homo pudicus quid ab Angelo differat 72 nullus abſq; peccato 212
Hominem quæ doceant ineſcere 208
Honorarium vnde dictũ. 41. Et Budæo quid illud Ib.
Honorij iij. pont. ad D. Frãciſcum de Indulgentijs reſponſum 149
Hoſanna populi acclamantis vox 42
S. Hugonis locus, de Deo à mulieribus dilecto 71
S. Hupertus venator, cornũ habuit obuium, inter media cornua Chriſtum crucifixũ ſibi repræſentãtem 269. A Sergio Papa Tungrenſis Epiſcopus curatus Ib. Quam variè præfuerit Eburonibus 270
S. Huperti feſto. 268. Hiſtoria 269. Patria, & parentes Ib.
S. Hupertũ imploramus rabiei 183

I.

Iacobus apoſt. Chriſto perſimilis toto vultu 239
Iacobi patriarchæ peregrinatio 88
Iacobi Pontani locus de B. Maria Virgine 87
Ibis auis vtitur roſtro ſuo, pro clyſtere. 181. Ægypto grata Ibi.
Ieremiæ locus; de Sabbatho ſtrictè obſeruando 336
S. Ignatij vox amore flagratis erga Chriſtum 304
Imperium affectãt, qui illud adepti dolent 34
Imperij quænam inſint pulchra 40
Improborum viſitatio periculoſa 112
Indulgentia quid 144
Indulgentiæ conceduntur ab Eccleſia frequentes & liberaliſſimæ 144
Infidelitas, peccatum grãde 306
Inimici quandoq; vtiliores, ipſis amicis 255
Inopia excuſat à multis 6
Inuitatio Æacidina 4
S. Iobi locus, de ſuis calamitatibus 146

Loca-

Ioelis locus de Sacerdotibus. 30. de ſacerdotum deuotione 342
Iohannes Baptiſta in matris utero vates. 99 in utero matris riſit & exultauit 100. cum gallo gallinaceo collatus 100
Iohannis Baptiſtæ animi robur & conſtantia 98
B. Iohanne Baptiſta maior Maria Virgo 72
Iohannes Abbas moriturus, quale documentum ſuis reliquerit 301
Iohannis Bonifacij locus, de B. Maria Virg. apud Eliſabetham mora 114
Ionathæ erga Dauidē amor 241
Ioſeph ſaluator dictus 29
S. Ioſeph Euangelicus cœleſtium ſacramentorū particeps 65
Ioſeph ſaluator dictus 29
Ioyoſus dux profeſsione Capucinus 213
Ira latrocinium 158
Iræ filii naſcimur omnes 74
Iſaiæ locus, de Aegyptiorum inter ſe diſsidio 262. de Sabbathi obſeruatione. 36. Et rurſus. b.
Iſmaei, venator illaudatus 272
Iſocrates quam mercedem à Caraone locutuleio popoſcerit 66
Iubileum primum quādo & à quibus conceſſum. 147. Poſt ſingulas annorū centurias recurrens. Ibi. poſt 25. annos. 148 quotuplici remiſsione conſtaret 148
Iudæis non licebat eſſe publicanis 4
Iudas & fratres, Machabæi, ſtrenui patriæ defēſores, 121
Iudithæ pia deuotio 122
Iulij Cæſaris heroica vox ad nauarchum ſuum in tempeſtate atrociſſima timētem. 17, 131. regnandi cupiditas. 42. Eius dictum Ibid.
Iupiter Philemonis & Baucidis vſus hoſpitio, ipſos beauit 9
Ius ſummum, ſumma iniuria 362
Iuſtini locus de Alexādri Magni erga Clitum occiſum caritate 328
Iuuenalis locus de fletu propter amiſſas pecunias. 345
Laburlotus, miles durus animoſus & ſtrenuus. 1. 17. Illo præſente nemo timebat hoſtem 17

Laertij locus, de Deo ignoto 255
S. Lamberti corpus Leodij quieſcit 270
Lamech, venator illaudatus 272
Latro vocabuli etymologia, & acceptio 134
Latro bonus, Diſmas habuit nomen 134. Quamdiu latrocinatus. 135. regni cœleſtis cohæres. 142. quatenus indulgentiam promeruerit 149, 150
Latronis pœnitentia. 134. ad ſocium latronem adhortatio pia 153
in Latronem bonum Chriſti indulgentia 133
Latrocinij vocabulo dicta quadam vitia 157
Legia, ſeu Leodium, metropolis Eburonum. 270. Catholicæ religionis aſſertrix & cuſtos pertinaciſſima 270
Leo cæterorum animalium tyrannus 216
S. Leonis locus de lætitia ſuper Chriſto nato. 32. de Romanis. 252. de B. Thoma 318
Leodium celebratur à Baronio. 270. regni ſedes. 270. vide Legia.
Locrenſes ſacrilegij vltores 130
Longè & propè in amicitiæ ſimulacro, quid 282
Lotus ab Angelis ſeruatus 8
Lucæ locus, de negligente villicatore. 145. de digno Chriſti diſcipulo 262
Ludouici Beri reſponſio, Sitne peſtis fugienda 189
Luxuria latrocinium 158
Lycurgus omnem ſepulturæ ſuperſtitionem ſuſtulit 287.
Lyndus inſidiatur Triptolemo 102

M.

Machabæorum locus, mortuos pro viuis orare. 186. de dedicationis die inſtituendo. 354. de Sabbato à Iudæis ſtrictè etiam tempore perſecutionis, obſeruata 355
Magdalena Chriſto ſupplex 136
Magdalenæ pœnitentia 134
Magiſtratus & Imperia aliqui depoſuerunt ſponte 46
Magnæ res difficilius creduntur 312
Magnetis proprietas 172
Mambre conuallis 80

Ma-

Manaſſis regis immanitas erga ſeruos Dei. 133. Eiuſdē pœnitentia 134
Manus puerorū ferula cædi ſolita 228
Marcus Agrippa templi Pantheon dicti conditor 251
Maria V. trimeſtri hoſpitio totam Zachariæ domum beauit. 8. tantum quater loquuta. 67. Mulieribus exemplum pauciloquij. Ibid. ſola Deum genuit. 69. formoſior, quàm Helena & Eua 70. maior Iohanne Baptiſta. 72. quatenus Deo patri par. 74. 76. Et ſuperior filio ſuo. 76. quā benedicta inter omnes rationales ſubſtantias. 74. Abſque originali peccato concepta. 75. vt imperet toti orbi. 77 Pandora. 81. quid muneris ad Iohannem Baptiſtam attulerit, 97. prægnantium non ſenſit tædium. 103. Chriſtum portans, ab illo regebatur. 103. an Eliſabetha parienti adfuerit 114. cur non iunxerit ſe tribus Marijs 285
B. Mariæ V. peregrinatio. 79 peregrinantiũ comites angeli. 86. peregrinatio qualis, & quo fine ſuſcepta 88, 89, 0
Mariæ tres cum Eua comparatæ 279
Martha & Zachæus inter ſe collati 9
B. Martino vt Valentinianus Imperator coactus adſurgere. 48
Matrimonium prius expetitum, pœnitudo poſtea ſequitur 34. duobus tantum diebus cōſtare lætioribus 38
Matrimonij omnia communia 36
Matthæi locus, de non mittenda pace 261
S. Maximi locus de Iohanne Baptiſta. 95. 100. de parentibus & magiſtris. 230
Maximianus Imperio depoſito, priuatus vixit 46
Medicus ingruentem morbũ arcens, melior præſentem expellente 181
Medici boni officium 206
Medici honorandi 180
Medicorum turba Cæſarem perdidit 182
Melchom, ſiue Moloch, ido-

 lum;

lum. 327
Mendici & pauperes, venatici canes 275
Mentis refectio maior, quã ventris 11
Meretricum amicitia quales 284
Meſsiæ matres fieri, mulieres veteris teſtamenti cupidiſsimæ 68
Methodij locus pro Chriſtianis 228
Metis, vbi nõ ſeminaſti 177
Michol humilitatem Dauidi exprobrans, quid ab illo audierit 94
Milites ſtipendio continuato facilius in officio contineantur 128
Militum apud ruſticos importunitas 3
Miſſæ ſacrificium ſacerdotis mali tam eſt gratũ Deo, quam ſanctiſsimi alicuius 62
in Miſſæ actione Sacerdoti ſumma puritas neceſſaria 52
Mites qui ſint. 208
Mites eſſe decet omnes 208
Miteſcere quæ doceant hominem 208
Moloch, ſiue Melchom, idolum 327
Monachi temperent ſibi à publico 112
Monachis & Nonnis liceatne parentes & amicos viſitare, 106, 107, 108, 109.
Monachos ornat ſolitudo, vt piſces alit aqua 112
Monaſteriorum quorundam noſtro ſæculo mores perſtringuntur 80
Monaſticorum duo genera. 111
ad Mores bonos via nunquã ſera 152
Mors & vita, in amicitiæ ſimulacro quid 282
Mortem fugere licet. 189. fugentium exempla. Ib. & 190. licet non fugere. 190, 191, &c. per aliquot paginas. quibus non licet fugere 195, & ſeq.
Mortui pro viuis orant 186
Moſes & Dauid mites quidem; ſed aliquando non 211, 212
Moſis Bar-Cephæ locus de Paradiſo: 141. Et iterũ. Ib.
Mulier ob falſum crimen adulterii ſepties inaniter icta 61
Mulier animal loquaciſsimum 64, 66
Mulier in Moſcauia, quod à marito ſuo nunquam percuteretur, parum ab eo diligi ſe conqueſta 230

Digitized by Google

Mulier quadã Romana gaudio extincta 286
Mulieres raptæ, videndi curioſitate 89
Mulieribus ſacræ Confeſſionis ſigillũ in Eccleſia quare non creditum 64
Mulierum pulchritudo quid habeat incommodi 39
Muliercula publicè de inceſtu pœnitens, à Sixto V. Pontifice abſoluitur 148
Mutius Scæuola purpuratũ (propter ſimilitudinẽ) pro Rege Porſena trucidauit 239

N.

Nabuchodonoſor diuinitus punitus 130
Narciſſus in fonte ſui ſpectaculo delectatus 25
Natura paucis contenta 3
Nemroth, venator illaudatus 272
Neſtor Homericus, pacis inter principes conciliator. 266
S. Nicolaus pius & liberalis erga virgines pauperes. 176. Tribunos tres vt per calumniam condemnatos liberarit. Ibid. Aueſnenſium tutelaris 176
S. Nicolai feſtum. 160. infantis ieiunia. 186, 187
Nicolai Papæ locus, de pecunia neceſſitatis etiam tẽpore tractanda 362
De S. Nicolao 176
Notus nimis omnibus, ignotus moritur ſibi 352
Nouatianorum hæreſis dãnata 148
Nouatus hæreticus redarguitur à Cypriano 148
Numa Pompilius veſtales publico ſtipẽdio donauit 50
Numerorũ locus de propheta Balaamo, & Balac rege, 222
Nummularii qui 178
Nuptiæ inter Hiſpaniæ & Galliæ regna plauſibiles. 320, 321

O.

Obed-Edom habens Arcam Domini apud ſe, felix euaſit 16
Obed-Edõ beata domus propter arcam Domini 101
Occidere nec ſeipſum, nec alium licet 189
Oliuæ, ficus, vitis, & rhamni fabula 110
Olympiadis ſuper Alexãdro Magno filio ſuo, lamentũ 288
Operum genera quatuor Diuo Thomæ 357
Orpheus quantopere amiſ-

 ſam

ſam Eurydicen quæſiuerit 330
Orphæi lyra 26
Ouidij locus de potoribus. 58. de auaritia. 162. de Orpheo Eurydicen requirẽte. 330. de clementia principem decente 345

P.

Pacificandi ſtudium Deo quã carum 267
Pacificatorum exempla 265 266. 267
Pacifici qui dicantur. 258, 268
S. Paſnutio reuelatum de quodam homine pacificatore 267
Pandicularis dies apud Ethnicos 251
Pantheon Romæ 251. Et quæ eius ſtructura Ibid.
Parabola talentorum 161
Paradiſi vox nõ vnius tantũ notionis 140, 141
Paralipomenon locus de Deo in templis præſente. 13
Parentum crudelitas infantulos ſuos idolo Moloch ſacrificantium 327
Pariſienſis Academia, mũdi totius vniuerſitas 277
Paſchæ feſtum, 276. feria ſecunda 290
Paſſionis Chriſti cõmoda 226
Paterfamilias quidam ab Ephoris Lacedæmoniorum multatus 266
Patria pluris eſſe nobis debet quã parentes noſtri. 117. 118
Patria communis omnium mater 118
Patronis dabatur à cliẽtibus olim honorarium loco mercedis 41
Paulus Apoſt. Petri videndi cupidus 82
Pauli locus de Pontifice. 30. de gratia 171. de Chriſti erga Patrem obedientia. 236. de peccatoribus 232
Pauli Apoſt. fuga 189
Pauli Diaconi locus de Iohanne Baptiſta 96
Pauo, auis ſuperba 75
Pauper vbique iacet 5
Pauptas excuſat à multis. 6.
Pax multiplex 262
Pacis Belgicæ procuratores, & interturbatores 264
Paci ſtudendum eſſe, confirmatur 265
in Peccatores conuerti paratos amor Chriſti 5
Pecunia etiam tractãda neceſſitatis tempore. 362
Pelicanus vt ſuſcitet occiſos pullos 181
Pentecoſtes feria ſecũda 320
poſt Pentecoſten, Dominica IX.

Digitized by Google

IX. 338 Dominica XVI. 346
Peregrinantium varij fines. 88. 89
Perſonarum acceptio non habenda 169
Perverſorum viſitatio periculoſa 112
Peſtis ſit ne fugienda? 189
Peſtis metu quibus non fugiendum 195
Peſtis animæ remedia 148
Peſti corporeæ imploremus S. Rochum. 183. Quæ remedia avertendæ 184
Petri Apoſt. erga Chriſtum reverentia 6
Phaethontis fabula 170
Philemon & Baucis pauperes hoſpite Ioue recepto felices 9
Philippides poeta gaudio extinctus 286
Philippus Macedo ſuos detractores, appellabat ſuos adiutores 235
Philippus Macedo cur gratularetur ſibi maximè de nato Alexandro filio. 278 Scribit ad Ariſtotelem de ſuo filio. Ibid.
Philomelus Dux Phocenſiũ bello impetitus à Locrenſibus ob admiſſum ſacrilegium 130
Philoſophos Rempublicã gerere non decuiſſe 110
Philotimi dictum ad quendam 182
Pior Abbas ne ad ſororẽ quidem ægrotantem exire monaſterio voluit 110.
Piorum zelus contra pſeudoprophetas 226
Platonis locus, quantum ſimus obſtricti patriæ. 117. 118
Plinij locus de Ibide aue. 181.
Poetarum quorundam ſpurcities 175
Polydori Vergil. locus, de feſto Sanctorum omniũ 252
Põtifex Maximus ut intoxicatus in latrinis 45
Populi ex habitu noti 85
Portiunculæ feſtum 132
Prælati quo reſpectu latrones 156
in Primitias noui Sacerdotis 27
Principem decet clementia. 345
Proborum viſitatio tuta 112
de Proſerpina ſolicitudo Cereris 331
Pſalmorum locus, de Deo ubiuis præſente 164. de beatificandis 259. de Dauide opera Dei contemplante. 349
Pſeudoprophetæ odio habiti. 226

Publicanorum officium apud Romanos honorificũ. 4. *Apud Iudæos illud exercere non licebat.* ibid.
Pugnandum pro patria. 118. *pro aris & focis* 121
Pulchritudo non caret ſuperbia 75
Putipharis beata domus propter Ioſephum 101

Q.

Quies animantibus neceſſaria 351

R.

Rabani locus, de tribus Marijs 280
Regina Saba procul veniēs, Salomonem viſitauit. 83. *Salomonis aſpectu obſtupefacta.* 101. *Eius obſtupefacta ſapientiæ magnitudine* 347
Regnandi quos inceſſit væſana cupido 42
Religioni quantum debeatur 121
Religioſi quatenus latrones 158
Requies animantibus neceſſaria 351
Requiei notiones 214
Rex cultello cæſus, literarum tradendarum prætextu. 44. *Et alius in rheda percuſſus itidē cultro inter armatos ſuos* 45
Regum quæ luctus cauſſa. 43 *vita quantis obnoxia periculis* 44
Regum locus, de Saule. 10 *de Regina Sabæorum, ſapientiam Salomonis admirante* 347
Rhamni, oliuæ, ficus, & vitis fabula 110
Rhegini Tarentinos à Romanis obſeſſos alebāt 126
Robe[illegible]*us de Licio, concionator celeberrimus* 242
S. Rochus pro nobis intercedere poteſt. 185, 186 *peſte correptus ipſe* 187
S. Rochi feſtū. 179. *patria, parentes, & res geſtæ.* 186, 187
S. Rochũ imploram⁹ peſti 183
Roma panem otioſa non comedit 364
Romæ fundator, Romulus: Legiſlator, Numa Pōpili⁹: Conſeruator, Camillus 116
Romani cuiuſdā patritij reſponsũ, cur poſtero nuptiarũ die triſtis incederet 38
Romanorum vxores vt imperent toti orbi. 77. *matronæ, orta peſte, quā ſupplices in templis.* 123. *idololatria.* 252. *veterũ cōſuetudo, diſquirere, qua arte ciuium quilibet vitam*

tam

tam ſuſtentaret 364
Ronſardi poetæ locus in aliorum contemptores 312

S.

Sabbathum quando inſtitutum, & quam religiosè à Iudæis obſeruatum 353
Sabbathum magnum, & delicatum quid. 359, 360
Sabbathum qui malè obſeruent 363
Sabbathi inſtituendi cauſa. 348, 349, 350. ſanctione diabolus quam offenſus 364
Sabina curioſæ rapiũtur 89
Sacerdos, etiam Saluator dictus. 28, 31
Sacerdotis Euangelici miniſteria 30
Sacerdotis mali ſacrificium horrori eſt cæleſtibus 61
in Sacerdotis noui primitias 27
Sacerdoti in actione Miſſæ ſumma puritas neceſſaria 52
Sacerdote nouo lætãtur Angeli. 31. homines. 32. inferi. ibid. bono gaudet Reſpublica, triſtatur malo 60
Sacerdotes etiam vocati Dij. 28. quotidie tenẽtur celebrare. 33. omnium oculis obſeruãtur, 57. quibus vulgi dicterijs obnoxij 57, 58, 59. mali magno ſunt plebi ſcãdalo. 62. quatenus latrones. 158
Sacerdotes Aegyptiorum publicè alebantur 50
in Sacerdotes malos. 61, 62
Sacerdotibus credita Cæli claues. 48. quæ generare poſsint faſtidium 51
Sacerdotium Euangelicum quanto præſtantius Moſaico 29
Sacerdotium venantur, qui habentes illud, vellent non habere 34
ad Sacerdotium quæ inuitent 47
Sacrilegorum pœna. 129, 130, 131
Salomonis ſapientia omnibus ſtupenda 347
Saluatoris nomen etiam tributum Sacerdoti 28, 31
Saluatores appellati homines quidam. 29 Ioſeph, Ioſue, Camillus, Cicero. ibid
Samaritani in vulneratum à latronib⁹ liberalitas 145
ad Samuelem Saulis preces 10
Sanctorum omnium feſtum. 250. Eius antiquitas. 250, 251. quãdo, & à quo inſtitutum. 252. cur inſtitutum. 253.

Digitized by Google

Sanctorum feſta quolibet anni die, plura quã quinq; millia. 253. pro nobis intercesſiones validæ. 257. Solennitas omnium dignè celebranda. ibid.
Sanctos pro nobis intercedere poſſe 185, 186
Sanguiſugæ, vxor & neptis. 40
Sannazarij poetæ locus de B. Maria virgine. 87, 105
Saulis ad Samuelẽ preces 10
Senecæ locus de beneficijs 104.
Senis cuiuſdam reſponſum, cur ad ſecundas nuptias anhelaret 35
Senes apud Ethnicos honorati 94
Sennacherib diuinitus punitus 130
Sepulchrales ſumptus alii vani, religionis alii 290
Seraphim quid 245
Signiferi deligebantur improbi olim 170
Simeon ſenex puer Ieſum portans ab illo regebatur 103
Simon proditor 83
Sirenum cantus 26
Sixti V Pontificis indulgentia erga mulierculam, publicè de inceſtu pœnitentem 148
Socij egens opera, ſocium imploret 294
Socratis dictum, Vnum ſcio, quod nihil ſcio 225
Solitarium nihil amat natura 35
Solon de vxore ducenda rogatus, quid reſponderit 70
Suidæ locus de Talento. 162. de Sabbatho 351
Superbia latrocinium 157
Superborum DEVS vltor 130
Supplicantium Deo exempla 122
Supplicationes cur inſtitutæ 15
Surgere nemo dicitur, qui non ceciderit prius 72
Sycomorus, ficus fatua 22

T.

Tacere, quæ dicenda non ſunt, difficillimum 66
Talenti ſignificata. 166, 167. diuiſio, iuxta Chryſoſtomum 167
de Talento apud Suidam 162
Talentorum parabola. 161
Tantali multi in ſua menſa 34
Tarentinos à Romanis obſeſſos alebant Rhegini 126

Digitized by Google

Tarquinij corpus mulier quadam ſepeliuit. 281. exulis dictum de amicis 283
S. Telemachi factum in amphiteatro Romæ 265
Tēpli dedicationis cur nulla facta mentio 1
Vt Templa ornata placent hominibus: ſic Deo anima virtutibus instructa 25
Terentij locus B. Virgini Mariæ adaptatus 106
de ſeruo liberaliter habito 325
Themiſtocles domum ſuam commendabat, à vicinorum bonitate. 120, 125. generum qualem præferebat 171
Themiſtoclis mores in adoleſcentia corruptiſſimi 40
dictum de ſe ſuoque filio 77
Theologiæ ſtudioſi vt ſe habeant erga ſuam doctrinam 225
Theophraſti ac Theopompi diſcipulorum ingenia diſcrepantia 218
Theſaurus Eccleſiæ 145
D. Thomas an hæreticus 306, 307
B. Thomæ hæreſis unde 314. Curatio ab hæreſi 316
Thomæ Cantapratani locus, de adoleſcentibus Chriſtum inter aleas blaſphemantibus 232, 233
Thrax quidam vtrinque à Græcis & Troianis inter ſe bellantibus, ad belli ſocietatem ſolicitatus, quid reſponderit 266
Timantes Agamemnonij luctus pictor 61
Tiſaphernes Perſa violator induciarum, quæ pacta fuerant 130
Titus Liuius viſitatus ab Hiſpanis & Gallis 82
Tribuni tres per calumniā condemnati, vt liberati fuerint 176
Triptolemus à Cerere nutritus, & agriculturam edoctus 102
Triptolemi, Celei, Cererisque fabula 9
Turba præcipuè vitanda 22
Turcarum Imperator quidam, ex Ottomannidarum familia depoſito Imperio, vixit in ſuæ ſuperſtitionis monaſterio 47

V.

Valentinianus Imperator quomodo coactus B. Martino adſurgere 48

Vbaldi Eugubinæ vrbis Epiſcopi factum 265
Venatio ſit ne licita 272. Et *affirmatur Ibid. Triplicis differentiæ. Ibid. eſt præludium bellandi.* 273. *Quatenus illicita* 274
Venatores illaudati plerique. 272. *quinam cauendi* 275 Optandi 276
Venter caret auribus 6
Veronica Chriſtus imaginem ſuā linteo impreſſam dedit 210
Verſiculi in Sacerdotes degeneres 59
Veſtales à Numa Pompilio ſtipendijs donatæ publicis 50
Veſtalium ſacerdotiſſarū apud Romanos dignitas 49
Veſuuius mons ardens 245
Via ad bonos mores nunquā ſera 152
Viciniam aduerſus religionis hoſtes tueri, eleemoſynæ genus eſt Deo gratiſſimū 126
Vicinitatis bonæ magna vis 119
De *vicinorum in vicinos caritate* 124
Victoria de hoſte ſuperanda multas ob cauſſas 127
Virgilii locus de Didone. 105. *applicatus Chriſto.* 261. *de Aeneæ erga Creuſam vxorem ſolicitudine* 330
Virginitas amans eſt ſecreti 104
Virguncula cuiuſdam Hiſpanæ admirandæ commendatio 99
Viros dedecet habitus cultuſque mollior 85
Viſigothus Gothorum Chriſtianus & religioſus dux 356
Viſitandi verbum exemplis declaratum 83,84
Viſitatio quotuplex in ſcripturis 79
Viſitationis B Mariæ feſtum à quibus inſtitutum 79
Viſitationes duplicis generis 81. Et *iterum* 82
Vitam ſuam tuetur omne animal 180
Vitis, oliuæ, ficus, & rhamni fabula 110
Vox viua quàm efficax 213
Vrbanus vi. Pontifex Rom. B. Mariæ viſitationis feſtum inſtituit 79
Vxores Romanorum vt toti orbi imperarent 77

X.

Xerxis punitio propter deliberatum ſacrilegium. 129

clades bellica 130

Z

Zacchæus, eiuſque familia commendatur. 1. à Chriſto, vt hoſpitem ſe recipiat, cur inuitatus 2. cum Martha collati. 9. Chriſti videndi cupidus 82

Zachæi vocabulum quid ſignet 18

cum Zachæo Chriſtus agit imperioſè 4

erga Zachæũ bonitas Chriſti 7

Zacharias vbi habitaret, viſitatus à B Virgine 79

Zachariæ domum totam B. Virgo Maria beauit. 8. domus commendatur. 80

Zachariæ caput 13, bipartitum 225, 226

Zachariæ locus quomodo ad S. Franciſcum accommodatus. 223, 224, 238. Literali ſenſu expoſitus. 224, 225. vt Chriſto cõueniat 231

Zeno Stoicorum princeps, quanti fuerit apud Athenienſes 48

Zoroaſtes Bactrianorum rex, eodem quo natus eſt die, riſiſſe dicitur 100

FINIS.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI G [redacted]
PESCA [redacted]
AGO. 19 [redacted]

oogle